


Inc
392

2



Valle (Robertus de) - Caepla-
natus locorum Plinii dif-
fractis ordine alpha-
betico

1500 Parisiis Guandam
ferber

Harin 15837

~~B B-9 34~~

~~5735~~

Inc
392

6736

1

Roberti de valle Rotho

agensis Prologus in sequentem difficultium plinii explanationē.



M. Durand. Gerher

Faint bleed-through text from the reverse side of the page.



Uicepto huius pliniane elucidationis officio Reuerē
de in christo pater Regnate carnotensis meritissime
presul; non ignoro q̄ sit difficile atq; operosum rem
propositam absoluerē. Arduum namq; est opus at
q; altiori ingenio & doctrina copiosissimo debitum
Plinius siquidem de naturalibus agit/ non cōmuni
tractatione & summatim; sed de omni re singulatim naturā habē
te; in omnibus terre plagis & climatibus. Quidam probe satis na
ture partem volumine complexi sunt: vt de plantis vnus. De mine
ralibus alius; librum edidit. de animalibus alter. Hic solus ac
primus vniuersam naturam miro & secundo ingenio; validissimo
est animo aggressus. In qua ob rerum difficultatē; infinitam pene
multitudinem. varietate; occultam nobis potestatem; nomina
quoq; difficilia sint oportet. abdita & varia que res ipsas designēt.
Ob hoc magnam herbarum porcionem lapidum plantarum & me
tallicorum; grecis ob latinorum inopiam/ nominibus pronūciauit
Et ante omnia nichil confunderēdo; singula incredibili sua diligē
tia mira proprietate exequitur Eam operis grauitatem satis pro in
genii mei tenuitate cognoscens; non michi arrogauit opus elucida
tionis absolutum aut integrum perficere. Noui illud esse copiosio
ris doctrine viri officium. Imo vero pene supra hominem puto. Et
enim plinii mentem naturali scientia plenam & operarum signifi
cationum veritatem doctissimi quidam non absq; difficultate cō
sequuntur; sed in quibusdam ab eius elegantiā aberrare vident
vt sequenti aperiam declaratione. Non vt eos probem reprehē
sione dignos; quos agnosco doctrina me superiores. sed vt rei ipsi
us pateat difficultas. Et si laboriosis in rebus ac dubiis spes sola
ciūq; afferatur; cum presto sint / qui presidio esse valeant; certum
est enus fore molestius; vbi nulla est in finitimis ferendū auxilii fa
cultas. sed a distantibus querendum qui difficulter adiri possunt.
Non enim vllum in presente difficultium explanatione per ianuen
sis dictionarium (quem catholicon appellant) nec alios qui sunt in
vulgato nostrorū grāmaticorū vsu; michi potuit afferri solaciū
Parandū michi amplioris potētie fuerūt adiutores. quos vt habeā
fauentes; acris michi labor diligentiaq; adhibenda fuit. Patronos
aduocauit probatissimos auctores ac legitimos testes. Varronē in
origine lingue latine. In re rustica & aliis eius libris. Ciceronē in
Aulum gelium Festum pompeium, Seruum. Nonia

marcellum, Priscianum, Papiam, Columelam, Pala-
dium, Macrobiū, Tortelium, Perostum Simpontiū
Hermolaum barbarum, Aphilosophis ac phificis multa sum-
psimus. Aplatone, Aristotele Diascoride Galieno Serapio
ne Cornelio cello. Ab ysaac qui de dietis & febribus scripsit
Mesue Constātinio medico Simone ianuenfi, Plateario, Nico-
lao oresme' decano Rothomagenfi, Mattheo siluatico, Arnol-
do cui de villa noua est cognomen Gabriele in gerentocomia ad
innocentium papam octauum Marcilio ficino Policiano, bero-
aldo Historiographis quoq; Herodoro Titoliuio Iustino, Laer-
tio, Suetonio Salustio, Diodoro siculo; a quibus exponendo
multa exempli gratia recepi. Poete michi causa eadē auxilio fue-
re. Terentius Oratius, Virgilius Iuuenalis, Ouidius, Lu-
canus Marcialis. Ab aliorum sapientum archanis multa addu-
ximus A pomponio mella, Strabone de situ orbis, Ptolomeo
in topographia Solino de mirabilibus, Laetēcio, Ambrosio, Je-
ronimo Isidoro Boccatio, Sequentia certe exponendo non mo-
dica frequentiq; detentus sum anxietate que dubia potissimum ef-
fent quibus explicandis insisterem. Cum quodynus dicit obscurū
alter lucidum putet. Quedam vt verum fatear exposui nō magno
pere abdita, quia de illis fuerim quādoq; a nō indoctis tanq̄ de du-
biis rogatus. Sed nō tanti hoc meum opus existimo, vt multorum
careat reprehensione. Aliqui enim vt altiora sapere videantur la-
borem hunc meum coarguent; quos vituperio non afficiendos exi-
stimem; si meliora attulerint. Alii inuidia turbati me temerarium
fuisse clamitabunt; onus me supravires gloria ductum assumendo.
Hi mea scripta maligna interpretatione deprauare studebūt. Qzq;
per iniuriā famatos arguam auctores. Horū mordacia verba contē-
no firmis prefatorū sapientūz columnis sustentatus; vbi precipue
hoc meū opus p̄spicacissimo tuo iudicio grauissimoq; p̄baueris.

Finis prologi Roberti Rothomagenfi in
plinianorum difficilium elucidationem.

In commédationem sequentis operis, obscuriora vo-
cabula plinii naturalis historie elucidantis A iudo-
co Extemporaneum epigramma

Quisquis nosse deum totumq; ab origine mundum
Percipit: & varium cunctipotentis opus
Sidera cum cælis: & eorum cursibus: atq;
Effectu vario: multiugisq; viis
Terrarum tractus: diuersa fluentia: lacusq;
Et populos: & opes egregiosq; viros
Omniaq; in cunctis animantia degere terris
Sueta: feras pecudes: non sine reptilibus
Et que marmoreo fert monstra sub equore ponthus
Queq; natant volucres fluctibus aereis
Terrarum fetus & humi nascentia cuncta
Radices: frutices: frondiferumq; nemus
Semina cum plantis variis: varios & odores
Vnguenta: & quicquid Pharmacopolla tegit
Omnia nominibus propriis hec tradidit vnus
In naturali plinius historia
Hunc legat & discat. Quæ si quis forte minerua
Pertenui fultus non capit atq; fugit
Ecce iam pandit facilem de valle Robertus
Rothomagensis eum deligat ille ducem
Difficiles si quidem voces & nomina cunctis
Exponit gradiens ordine grammatico
Hunc igitur quisquis phœbeam diligit artem
Siue aliam quamuis: perlegat atq; colat

Finis Epigrammatis

Sequitur plinianorum difficillium in naturalis historie li
bris expositio a Roberto de valle rothomagensi q̄ multas poetrie
philosophie medicineq; obscuritates exquisite elucidat. Et prio de
vocalibus incipientibus per A ante B.



Abacus a greco nomine descendit scilicet abax: Est
autem mensa super quam collocat̄. r aurea vasa & ar
gentea. Ait Tortel. Varro inquit de origine lingue
latine. Sicut abacū argento ornari De quo Plinius
li. xv. ca. vi. Et li. xxxiii. ca. xii. Et li. xxxvii. ca. ii. her
molauis Barbarus dicit q̄ est sedes ex ligno aut mar

more. concordat si potes

Abila mons est in mauritania: altus itavt celum attingere videas
tur in finibus occidentis, cui correspondet mons alius calpa no
mine in hispania. Hos mōtes colūnas herculis veteres dixere. Qui
montem vnum fuisse scripserunt et continuum: herculea virtute di
uisum. Et tunc primum oceanum terras fuisse ingressus. Quod ma
re mediterraneum dicitur. Vide Gades

Abrotanum herba est quam esse duarum specierum serapion phi
sicus scripsit. Mas enim est et feminavt raq; aromatica. De qua pli
nius li. xxi. ca. xxi. Hermola. vult corrigere scribens abrotonum
Abusorum medicinam profitentium stulticie et errores in pli. lib.
xxvi. ca. iii. et lib. xxix. ca. primo

Abissus aquarum ignota profunditas
Absis absidis; ab antiquis dicebatur quod astrologi augem dicūt
sive augis oppositio. Sunt autem circuli in celo qui exentrici ap
pellantur; hermol. De quo pli. li. ii. ca. xv. et. xvi. xviii. & alibi

Absinthium herbavulgata amara; calida; & sicca odorata. nascitur
in ortis; & sponte in agris quibusdam vt vidi iuxta rothomagum.
Et abunde apud fantonum gallie vrbes. De quo pli. li. xxvii. ca. vii
&. viii. vbi multas herbe signatvtilitates
Abiegnus quod ex arbore fit abiete. valla

Abies arbor excelsa et procera. De qua pli. multavtilia li. xvi. ca.
xli. Virgil. buccol. Est pinus in ortis abies in montibus altis

Abatos insulavltra paludes ciuitati siene vicina. Est aut̄ inaccessibi
lis Inquit seneca. Agēs de situ et sacris egyptiorum. dicitur ab a qd̄
est sine et batos accessus. vide siene

Abdomen pinguedo est porci. Quod ex iuuenale cognoscem⁹ di
Abdomine porce. De quo pli. li. xxviii. ca. ix. Vide axungia

Abhorrere a re aliqua; est ab ea alienus esse; semper autē iungi abla
tuo postulat. Valla.

Acacia pruneforum immaturorum succus coagulatus et indurat^o,
de quo pli. li. xx. ca. vi.

Acacium dicit hermolaeus quod est nauigii genus. De quo pli. libro⁹
ix. capitulo. xxx.

Achademia oppidum prope Athenas quo natus plato. quo quod postmo
dum philosophatus. vnde sumptum nomen achademicorum philosophorum
Quo nomine ait pli. li. xxxi. villam in italia nominant

Achantum vel achatus flos croceus in quem singunt poete puerum muta
tum eius nominis. Virg. buc. Et circumtextum croceovelamen achanto.
Nascitur ex arbore semper frondente. Virg. in geor. Et baccas semper
frondentis achati Seruius dicit ibi quod est arbor ipsa. Sed Math. siluat.
dicit quod est vitice semine. De achati medicinis li. xxii. ca. xxi.

Achatum nauigii genus inquit hermolaeus. de quo pli. li. ix. ca. xxx.
hermos. aut in castigatibus legi vult achacium.

Acopa remedia sunt contra lassitudines inuenta inquit hermolaeus si
cut apona. Quod apona non tam quia contra morbos sint dicuntur: quod quia
citratum dolori afferant remedium. vnde pataui nos fontes apona dicit
cit: quia blanda pro eos medicina conferunt. Sunt enim sine tormento cure: si
ne horrore remedia Que ideo aponon greca lingua nominauit aut
diquit as. hec hermolaeus in castig. pli.

Acinus granum vnde Seruius in geor. nec solum vnde sed aliarum arborum et
herbarum vt sambuci hedere Ebuli. hec platanum nomine. vide de inferi^o. Cum
baccis aut acinus conuenit. vide bacca Continet aut acinus intra gra
nula que arilivocant ab ariditate. de quo pli. li. xxiii. ca. i. & alibi.

Acinosum acinos ferens ad vnde similitudinem. pli. li. xii. ca. xiii. Alia
rum acinosum est.

Acidum acetosum vel acerbum.

Aculeata animalia que pungunt vt quedam musce quorum multa veneno ma
lo inficiunt. pli. li. xxiii. ca. iii. dicit quod acetum valet contra omnium
aculeatorum venena

Acer acris arbor cuius lignum album planum musicis aptum instrumentis.
Acer acris et hominum ingenio et saporibus tribuit his significatio
bus pli. variis vritur locis. de arbore li. xvi. ca. xliii. et ca. lxiii.

Acernus acernum quod ex acere arbore vel ligno constructum. virg. in
eneidos. Cum hic trabibus conceptus acernis staret equus. Scribitur
per. non per. vv. duplicem. Iunianus.

Aceratum lutum cum paleis mixtum. festus pomp.

Acta et gesta differunt. Gesta enim sunt que in arduis rebus et in magis
gratibus gerunt atque in rebus maioribus que ad publicam utilitatem pertinent.

Acta vero rerum etiam priuatoꝝ sunt & familiariu. Iaurētius val.

Acore sunt parua foramina in cute capitis. Oribasius.

Aconitum veneni prauī species de quo pli. mira. li. xxvii. ca. ii

Achates assiduus enee comes virgil. p. eneid. Ipeyno gradit comi

tatus achate, grecū est nomen quod latine sonat curā & sollicitudī

nā. Ea siquide principes assidue comitat prudētes. est etiā lapis p̄-

ciosus. de quo pli. lib. xxxvii. Iunianus dicit q̄ est fluuius in sicilia

in quo solent tales reperiri lapides.

Acorus herba est aquosis locis nata siue eius radix q̄ aromatica ē

ad rubedinē declinans. Serapion. de quo pli. li. xxv. ca. xi.

Acetarium non ab acero: vt videretur: sed ab accipiendo flectitur

Sunt autem acetaria herbe hortolane qm̄ parate semper sūt: vt ac

ipiciantur. herniol. pli. lib. ix. ca. iiii.

Acteabulum etiam ab accipiendo dicit. herm. lib. i. castig. pli.

Aceti multe pprietates & vires ad medicinā lib. xxiii. ca. iiii.

Accessio id est res accessoria non necessaria nec magnopere vtilis

pli. plogo. lib. xxvi. vtinam posset e vita totum abdicari aurum vt

non solum accessionis loco habitum vilesceret. In ipsius autem p

logi initio libri impressi habent accessu. herm. corrigit accessio.

Aliud quoq; significat. Vide accessus.

Acedion nobile medicamentū quod ex papaueris lachrima con-

ficitur. ait pandulphus

Acalantis auis quā quidam esse lucineam volunt alii carduelum

que spinis & carduis pascitur. Seruius in georg. lib. iiii. virgil. reso-

nant calantida dumi.

Acaron ciuitas que nūc appellatur cesaria. Sita in palestina regio-

ne. Strabo de situ orbis.

Accessus est appropinquatio ad rem aliquam. Terent. in eunucho

Accede ad ignem hunc et calefices plus satis id est appropinqua

Sed accessio est additio siue incrementum valla.

Accidere in bonam et malam sumitur significationem. Terenti.

Interea aliquid acciderit boni. Cicero. Nichil mali accidisse scipio

ni.

Acrimonia in saporibus inuenitur. ingenii etiam viuacitas est no-

mar. Vide Saporum spēs in littera. S.

Accipenser piscis genus. fest. Pomp. de quo pli. li. ix.

Accola qui iuxta locum aliquem habitat: incolā vero qui in loco

ipso est siue inhabitat. Lauren valla.

Adesum consumptum nonius.

Adolere exurere vel accendere; virgil, bucol, verbenas adole pingues et mascula thura. Est etiam augere nonius.

Adenes ait hermolaus in plinianis castig, dicitur a grecis idem quod parotides a latinis. Secundum tamen antiqua exemplaria corrigit parodontides; que correctio cornel, celfo non consonat.

Adolesco crescovirgil, n, georg, at dum prima nouis adolescit frōdibus etas

Adnuere dicit hermolaus id eē quā adiuuare de quo li, xv, ca, xviii

Ador frumenti genus quod epulis et sacris immolationibus putabatur pium, vnde adorare propiciari religionis est. Nonius marcellus ait, varro de re rustica lib, p̄rio far adoreū poti⁹ seri q̄ triticū Adoreum quoq; inuenitur. Est autē ait columela lib, de agricult, Idem quod far, quod varroni consonat de quibus pli, lib, xviii, ca, iii, & viii.

Adsciscere est adiungere vel assumere festus;

Ad vnum id est nullo excepto virgil, lib, v, Iuppiter omnipotens finondum exosus ad vnum.

Aduersum contra significat vt notum est. Significat etiam idem quod apud tereñ, in andria id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam.

Adamas lapis preciosus durissimus de quo pli, lib, xxxvii.

Adulterari aliquid relicta vulgari significatione que non est adpositum est ipsum per rei alterius ignobilioris admixtionem a propria natura transmutari manente similitudine pli, lib, xxvi, ca, vi.

Adulteratur nil eque vt crocus. Et alibi idem de balsamo & multis preciosis aliis rebus.

Adiātum herba est quam medici vocant capillos veneris alio nomine politricum auctore diafcor, de quo pli, lib, xxii, ca, xxi.

Adeo multas habet significationes. Est enim verbum adeo a dis vt adeo patrem, id est eo ad patrem festus. Est etiam multū aut valde. Tereñ in eunucho adoleſcentem adeo nobilem donatus.

De, A, ante, E.

Aera morbus est frugum, vide vocabulo morbus

Aeram etiam hermolaus dicit significare numerum.

Atq; etiam apud astrologos initium temporis a quo supputationes incipiunt hermolaus in castig, pli.

Aestus vide, estus aliqua voluia habent cū diphthongo, plura absq; diphthongo.

Aegeum mare vide egeum.

Aegilopa fistula oculi, Cornel. Celsus. vide **egilopa**
Aegina. vide **aegina**; quidam enim absq; diphongo scribi volunt.

A ante F

Affines agris vicini aut consanguineitate iuncti. festus
Affodilus herba foliis porro similibus sera.
Affrosia grece acorus est. ait siluat. vide **acorus**. Aliqui scribunt **afrosia**.
Affrodisius fluuius in pirea qui potus mulieres reddit steriles. boscatius.

A ante G

Agiram species est nardi. De quo pli. li. xii. ca. xii.
Agaricus est vt fungus albus circa radices arborum nascens medicina laxatiua est. Dioscorides de quo pli. li. xxvi. ca. xii. et alibi
Agrimonia herba est qua dia scor. noiat ferraria minorē. simileq; esse in oib; aggregati papaueri discernit quia caput latius habet & sepius floret Hec autē cū noib; que sunt in vsu apothecariorū nō cōueniunt. Pli. dicit argemoniam li. xxvi. ca. xiii. et alibi
Ager est circūadiacens vrbi territorium Tum locus in rure qui colitur sine arando siue cōserēdo Ab hoc secūdo significato pluralem habet numerū. agros em dicimus. In primo autē significato singulariter dī. Cū em agrū rothomagēsem dicimus: nemoravalles pacua Saltus et reliqua includim; Cāpus vero planicies terre ampla Inde cāpus marcius qui est rome. Area vero terre planicies est. angustor. Lauī. De his. pli. li. xiii. xiiii. xv. xvi. xvii. xviii. xix. Ab agēdo dicitur ager: quia in eo multa sunt agēda. Terē. in adelph. Iā dū dum aliquid ruri arbor.

A ante L

Alluione fieri dī quod adiciit paulatim: vt intelligere nō possumus q̄tū momento quolibet temporis adiciatur.
Alphiates passio que timorem somniti in cutit ex multo cibo indigesto pueniēs. Orbasius.
Alata & **alga** idē. ait siluat. herba est longa in aquis nata. dicta **alga** quia alligat pedes. Cois est in fluuiis & vilis. Virg. buc. Et vilior **alga**.
Algere a verbo greco descēdit qd significat frigere. Torteli. inde.
Algor frigiditas rigor. Iuuenal. Virtus laudat et alget. Vide rigor.
Alciosus frigidus aut frigus amās. pli. li. xxi. ca. iiii. Alciosa admodum sunt et sole leduntur. Item lib. xxii. ca. xxi. Inuenio potum. s. aque et mellis bibēdū alciosis. in egritudinibus frigidis. Cōtrariū sentit hermo laus inquiens alciosa sunt que frigus ferre nō possunt Iuuenalis. virtus laudatur et alget.

Aliphon est species nardi. pli. li. xii. ca. xii.

Aliter. i. contra. donatus. Terē. comed. i. verum aliter euenire multa intelligit. i. in contrarium.

Alexāder magnus aīo suo & voluptatibus impauit li. xxxv. ca. ix.

Alumen lapis est mineralis cui⁹ naturā habes lib. xxxv. cap. xii.

Alterare alteratio in oratorū vsu nō est. et philosophis ægre cōcedit nisi pro eo quod est alternare. ait hermol. in castig. pli. Qd omnium philosophorum sermoni repugnat.

Alcion auis que in littoribus marinis fet⁹ edit in arenis oua deprensens. Ambrosius exameron de quo li. x.

Alanus fluuius sithie. a quo alani populi nominantur

Alpho. vide vitilig o.

Alictus aquile species. de qua pli. li. iiii. ca. iiii.

Alpes grecum nomen a candore dictum. Niuibus enim teguntur perpetuis. ait festus pompeius. Iunianis dicit qd alpes lingua gallo rū mōtes alti vocant mōtes sunt a gallia et germania. italiam claudēs muro inaccessibili. Illas hānibal prius immeabiles igne et aceto aperuit. Iuuenal. Et mōtes rupit aceto. Sed eos lōge prius aperuerūt galli auctore titoliui. Hi montes alio nomine apoenini dicti sunt quasi apoenis aperti. de his pli. li. ii. ca. lxxxii. et li. vii. ca. xlix

Aluini sunt hi. quos cœlicos greci appellant. inquit hermolaus. vide celiaci.

Althea que dicitur malua maior. & cuiuscuq; ait siliuat. De hac pli. li. xx. ca. xxi. mira tradit.

Aloe gummi est triplex scilicet aloecicotrinum epaticum caballinum. Precipuum ē cicotrinum. De eo pli. libro. xxvii. capitulo quarto. Grecum est habet qd aloes in genitiuo. Iuuenalis. Plus aloes qd mellis habet

Alo santhus purgamen. quod super aquas inuenitur stantes. Alio nomine flos salis. super aquas inuenitur. diascorides

Alternatio per vicem successio. festus

Alopicia casus capillorum ex egritudine procedens non senum caluities. Constañ. ad quam plinius plura remedia libro. xxix. capitulo quinto. et alibi hermolaus correxit. Alopecia dicit qd qd est fere morbus vulpinus.

Acola oris egritudo. Siluaticus. cui dicit. pli. valere bactael ob ei⁹ acetositatem. vide bactael

Alucarium capi potest pro loco in quo sunt multi apum aluei. Posterior tamen significatio est pro copia alueorum eodem in loco melificantium. yalla.

6
Aleptophilon grecum nomen id quod buglossa latinum nomē si-
gnificat. Siluaticus. vide lingua bouis.

Alnus arbor aquatica. de qua pli. lib. xvi. & aliis locis.

Albugo vide argenia.

Altilis adiectiue Altilia papias dicit volatilia studio saginata pli.
lib. iiii. c. l. ne quid volucrum pponeretur nisi gallina que non es-
set altilis.

Alumen vena terre albaq; que fracta similis cristalo est & cois est
de quo pli. lib. xxxv. ca. xii.

Alectorius lapis in ventriculo gallinacei inuentus diasco. de quo
pli. lib. xxxvii.

Alexandrie sunt tres ciuitates ab alexandro edificate vna ppe ni-
li hostia a dimochrate architecto. Alia in asia. Alia super tanayn
Tortei.

Album inquit hermol. in castigatione plini. tabula in qua scri-
pta sunt iudicum noia. Et etiam tabula in qua singulorū annorū
acta. litteris mandabantur a pontifice maximo. pponereturq; do-
mi eius vt potestas esset populo cognoscendi. hinc ānuales dicti
hec hermolaus.

A ante m.

Amphion filius fuit mercurii. Thebane cōditor vrbis. ait. horati.
Inde finxere poete q; lira a mercurio suscepta adeo suauiter cane-
bat q; ad itruendos vrbis muros saxa cātus suauitate traxerit. hor.
saxa mouere sono testudinis & p̄ce blanda. de quo pli.

Ambustorum remedia. lib. xxvi. ca. xiii.

Amaracus idem q; sanfuccus siue maiorana. ait marcilius ficinus
vide maiorana.

Amanfores dicunt a grecis obscuritates oculorū cū. s. sine euidēti
oculorū vicio lumen eripit. hermol. Cui similis est Amblyopia in
obscuritate. Sed cōstat quēadmodum euenerit. hermolaus.

Ambrosia herba aromatica fortisodoris quasi comata. virgil. buc-
col. Ambrosieq; come. Diascor. Artemesiā dicit Galie. sipl. phar.
dicit noari apū siluaticū siue ruiticū siue themidis siue thanace-
tū magnamq; inueniri in actoribus diuersitatem.

Amphimala sunt; que vtraq; parte vilosa. hermol. in castig

Amphimascala sūt ab axillis dicta et ingentis. dicata sicut ethero
malcala in seruitus. hermolaus in castigatione plinii.

Amasis egypti quondā rex. Cuius tumul⁹ fuit vna pyramidum
quam pli. describit lib. xxxvi. ca. xli.

Amatorium genus veneni amoris infamiam ingerentis. valla de
quo pli. lib. xxiiii. ca. xiii.

Amoris infani remedia lib. xxx. ca. vi.

Amasones nomen compositum ex grecis dictionibus ab a quod est sine et mason mamma/femine quibus ab infantia secabantur mammae: ne sagitationem impedirent: fuerunt ex sithia orte que cum armis exeuntes: magnam olim asie partem occuparunt. A viris abstinebant Solo veris tēpore cum eis miscebantur quousq; essent grauide Iustino teste. de his pli. li. vi

Amiclae laoconie ciuitas In ea nati sunt castor & polux fratres gemini. que fuit a serpentibus deleta.

Amiclios similiter a muribus fugatos de vtroq; pli. li. viii. c. xxix

Amamomū herba fragrantis odoris virgil. buccol. vulgo nascitur amomum de quo pli.

Ambusta sunt adustiones & adusta hermolaus in castigatione. plinii

Amphora nomen mensure maxime liquidos. s. octuaginta octo vini librarū. hermolaus festū allegans. frater iocūdus dixit michi q; continet quantū vas pedale ex omni dimensione. et quadratus. Vrna dimidium est amphore: vt idem dixit.

Amaranthus. flos purpureus spicatus. non marcescit faciliter atq; vbi flores aruerunt: madefactus reuiuiscit diascorides. de quo plinius libro vicesimo primo.

Aminon grecum est quod a latinis arena dicitur. Cum siquidē per arenas libie liber pater deuicta iam p eum india cum exercitu procerederet: ibiq; siti flagraret a ioue tanq; a patre auxilium petiit. Tūc illi occurrisse dicit aries: qui exercitum in fontem pduxit liquidū. Liber existimans fuisse iouem edificauit in huius admiratiōis memoriam sumptuosum templum quod iouis amonis nūcupauit ob arenam in qua tanti periculi refugium inueuit ait lucanus. de quo pli. lib. vi. ca. xxviii. & alibi.

Amphictiona fuit publicū grecie cōsiliū: vt. ait cicero in rethoricis. Cōstabat autem id cōsiliū siue cōuentus ex septē grece ciuitatibus precipuis / de quo amplius strabo lib. ix. Sic noiatum est ab amphictiōe heleni filio qui id cōsiliū instituit. Ibiq; leges ordinauit quas amphictionicas vocarūt quibus ciuitates ad concordiam inuitabantur. de quo pli. lib. vii. inquit. grāmatica apolodorus enituit cui amphictiōis grecie honorem habuerunt.

Ammonicatum gūmy seu lachrimis ex arboribus manans: q; sunt circa predictū amonis tēplū. de quo pli. lib. xii. vide armoniacum.

Ambitio in animo est honores et laudem preter modū cupiente.

Ambitus est in exteriori actu eius qui non ppria virtute confidit.

sed precibus aut muneribus honorē aut beneficium assequi nitit̄
hec a verbo pueniunt quod significat circuire concludere, noni^o
Ambire etiam est blandicis circumuenire, virgil. in eneid. Quo
nunc reginā ambire furētē audeat affatu, nonius:

Amputata, i. circūputata, festus dicit de an quod est circum.
Amphimala q̄ vtrac̄ parte sint villosa. Nam ex altera tantum
partevillosus heteromalon vocabant et maloten, hermol, in casti
gatione pliniana.

Amuletum. Amula vas quod religionis & expiadorū malorū gra
tialgestatur, dictū a molliendis periculis, Ait simpōtinus sup mar
tialem, pli, ait, Infantibus alligatur succinū amuleti gratia, & lib.
xxviii, ca. iiii, Inter amuleta est edite quēq̄ vrine expuere, & libro
xxx, ca. iiii, amuletum esse magis dicūt domus totius.

Ametistus lapis coloris purpurei, Isidorus de quo pli, lib. xxxvii.
Amomū dicit seruius q̄ est flos assirius in buccol, quod p linio dif
fonat qui lib. xii, numerat amomū inter arbores peregrinas, dicit
q̄ ferre vuas.

Amurca fex olei, de q̄ plinius multas dat vtilitates lib. xv, ca. viii.
Iunianus dicit q̄ sordes olei que sequitur vocari debēt; nō amur
ca que solum dicitur de sordibus que precedunt.

Ambra res aromatica et cordialis que ex marteiicif aliqui dicūt
esse sparma ceti piscis maximi, Auicenna lib. de viribus cordis di
cit q̄ confortat cor.

Amphimerinos febris quedam est, hermol, in castigatione pliniū
vide Effimera.

A. ante. n.

Anulorum vsus quo tempore cepit lib. xxxiii, ca. p

Anniculus āniynius, dicim^o enim anniculus puer, puella annicu
la, Iumētū anniculū; nec solum de aialibus dicit̄ sed etiam de in
aiatis; vt vinū anniculū Laurentius valla.

Annuus quod singulis euenit annis, vt redditus; Centum aureorū
quod quidem anniuersariū dicūt, quēadmodū quotidianū quod
quotidie euenit, Sed minus pprie dicit̄ quod p annū fit; vt meum
opus est annuū id est anni spacio elaboratū, quēadmodū dicerem^o
opus diurnum quod vna die; et nocturnum quod nocte vna elabo
ratum Laurentius valla.

Annus vt tradit macrobius in saturnalibus a circuitu temporis di
ctus est, veteres enī ponebant an pro circū; vt ambire p circuire.

Veterum scripta miranda sunt in annorum assignatione, Cū plato
dicat in thimeo codices in egipto legisse ab ānis, xx, milibus, scri

ptos de quo plinius differit lib. vii. ca. xlviii.

Androgynes qui vir est & femina, Tortor, vide hermophroditus

Anubis lingua egyptiaca canis est. in cuius forma mercurius colatur facit in genituo anubidis, festus ait. de quo plinius lib. xxxiiii. cap. ix. Sed festo non displiceat non habet in genituo anubidis. sed anubis. patet in eo capitulo. Tingit inquit non celat argentus egyptus vt in vasis anubem suam spectet.

Anates aues aquatice, vide mergi.

Anisum semen dulce aromaticum feniculo simile ventosas pelles vulgare est. de quo plinius lib. xix. & lib. xx.

Animalium varie proprietates quo pacto aristoteli; innotuerint: vt copiosum librum; de animalibus componeret habes libro septimo capitulo decimosexto.

Animalium minimorum tanta est admiratio; vt maximorum libro xi. capitulo. li.

Animalium partes earumque varie dispositiones libro vndecimo. capitulo. xxxvii.

Adragne grece portulaca latine. Siluatic^o. de quo plinius libro vicesimo. capitulo. xx.

Anetum herba est que cum suo semine simillima feniculo est sua uisissimi odoris. virgili. buccol. Et florem bene oletis aneti. de eo plinius lib. xx. capitulo. xviii.

Anguis vocabulum est omnium serpentiū generi cōmune. Isido. quia angulosus sit nunq̄ rectus. Precipue sunt aquarum serpētes. Virgilius secundo eneid. Immensisq; orbibus angues; incūbunt pelago Inde anguila que est anguis similis.

Antimonium corpus metallicum ferro simile minus durum; quia teri potest. plinius. de eo lib. xxxiii. & xxxiiii.

Antera semen rose aut lanugo eius. Siluat.

Antipodes sunt in contrarium situm terre habitantes. de quibus plinius lib. ii. ca. lxxviii.

Antidotum medicina aduersus expectatam egritudinem preueniens. plinius lib. xxiiii. componit antidotum mitridatis regis quo tota vita preseruatus est a veneno & peste cum tamen multi id in eius temptassent. ait iustinus in epithomate. Aliaque multa antidota ab egritudinibus preseruantia libro. xx. capitulo. xxiiii. et libro. xxiii. capit. viii. & alibi

Anodina que dolorem vehementem tolerabiliores efficiunt ses

renum prestando. Cornelius celsus libro suo quinto capite, xxv. fe
re eodem dicit hermolus, vide apoca.

Androsenium herba hipericon similis, vide hipericon

Anagalus maiorana est arabica, ait Siluaticus, vide maiorana.

Anaphore scansiones vocantur siue ascensiones signorum ab oriē
ti; circumactu mundi quotidiano facte. Porro cuz non equales sint
vbicq; scansiones; sed ex inclinatione celivaria/nunc maiores/nūc
minores. Mirum non est si nonagesima illa pars anaphore: vitam
alio tractu prorogat; alio diminuit, hec hermol. de quo plinius lib.
vii. ca. xlix. Ad cuius elucidationem facit qđ ab aulo gelio scriptū
est libro tertio, chaldei inquit climatheras appellant; pericula vi
te fortunarūq; hominum; que fieri grauissima dicuntur quolibet se
ptenario. Ideo apparet septimum quencq; annū periculosum; & cri
smo esse id est iudiciale. Chrisis enim a grecis iudicium dicitur.
Genethliaci autem; septenarios aliquos aliis difficiliores putant;
potissimum illi quos terne ebdomade conficiūt; eosq; maxime pu
tant; obseruandos; scilicet vigesimum primum, Quadragesimum se
cundum. Et sexagesimum tertium. Postremo octuagesimum quar
tum. In quo Sthasas vite terminum defixit. Aliqui eorum vnum
ex his difficillimum annum scilicet quinquagesimum vno minus
quem complēt anni septies septem; qui sunt quadrati numeri; qui
potentissimi habentur. Alii, periculosissimum dicunt annum sexa
gesimum tertium; qui ex septenario et nouenario permixtus est.

Quod approbans Gelius libro decimoquarto dicens, Annum ses
xagesimum tertium vite nostre; annum cuz periculo et clade aliqua
cuenire senioribus fere omnibus. Quod augustus cesar in lepistola
ad Caiū, nepotē satis expressit his verbis. Nam vt vides climatera
cōem seniorum omnium/tertium et sexagesimum annum euasim?
de quo pli. lib. vii. ca. xlix.

Anagalida est id quod achorus aliqui scribunt acheron, vide acho
rus, de quo pli. li. xxv. ca. xi.

Anquirere circum querere. Sic anquisitio, hermol. in castigati. pli.
festum pompe, allegans

Angina latina est morbi dictio quam greci sinanchen rubor est fa
ciei, Simpont. super martialem. Plin. dat aduersus eam remedium
libro vicesimoquarto capitulo decimotertio, et libro tricesimo octa
uo, capitulo quarto. Et multis aliis. Cornel. tamen Simpontino re
pugnat qui in faucibus assignat ille in facie. Corne^lio concordat
festus qui dicit anginam esse squinantiam et faucium dolorem

Anciades sunt id quod consile Hermol. in castig. pli.

Angiportus ster est compediolum in vrbe quasi angustus ad portu
aditus. ait festus. Nam vie latiores platee dicuntur

Anima questum. i. salutis viteq; periculo acquisitu. ita greci ab ho
mero capiētes loquunt ait Simpont. Sic. pli. li. ix. ca. xxxv.

Annona ab anno dicitur quia fit annis singulis proueniens alimo
nia. Isidorus. De qua pli. li. xviii.

Antracites lapis coloris ignei. Isidorus. de quo pli. li. xxxvii.

A

ante

P

Apollo quis deus fingatur sapientie et pro sole capiatur: fuit hō io
uis filius ex latona matre natus: eodē partu cū diana sorore. Apud
archades regnauit. ait bocius li. de genealogia deorum. Creditur
a multis primus medicine inuentor quod falsum esse asserit. pli. li.
vii. vide chiron

Apocoponta significat explorandum vel considerandum.

Hermol. in castigatio. plinianis

Apiastrum non diminutionem significat sed est apium siluestre.
Lauren. valla.

Apricus locus amenus. delectabilis temperatus. Varro licet vide
re multos hieme sole apricari. hora. li. de poet. Gaudet equis canis
bus et aprici gramine capi. pli. li. xix. ca. viii. Ruta apricis gaudet.

Apoplexia. vide attoniti.

Aphtae sunt quas plinius fere non aliter q̄ oris vlcera in infanti
bus. albescit his summa cute lingua consilla. Columela a gingi
uis incipiunt: adynam faucesq; descendunt. Sunt et alia oris vlcera
sed minus seuavtiq; in adultis. hermolaiverba in castigatōe plinii

Appendix quod alteri rei est adiuuēto. q. ex alio pendeat. Tull. in
hortensio appendix animi esse corpus. nonius. Mar.

Apona vide apoca. hermolaus dicit q̄ multi libri habent a copica.
sed ipse corrigit apoca.

Aprime multum autvehementer. Tereñ. in andria. arbitror in vi
ta apprime esse vtile: vt nequid nimis. donatus

Aperitum nudatum. Tullius primo de officiis: verentur ne corpo
ris partes aperiant indecore. Varro de vita patrum libro. p. mino
res natu capite aperto erant capillo pexo. Plinius libro. xx. capitu
lo vi. Capita aperiti in cōspectu magistratuū: nōenerationis cau
sa. et cetera. Alias habet significationes satis notas quas relinque
das cenfeo Apogei nominantur venti: quoniam a terra surgāt non
quidem semper aut terra qualibet: sed ex madida vlginosaq; nam
qui ex mari veniunt per sinus. Eucolpie vocantur hermolaus in
pli. castigationi.

9
Apes dicuntur quia sine pedibus nascantur. virgil, quarto georg.
Trunca pedū priō: vel quia pedibus tenentes se inuicem: pēdere
soleant. virgil, libidem ille pedibus connexe ad limina pendūt, de
quibus pli, tractat lib, xi, multis caplis & lib, xxi, ca. xii.

Apibus mella eximētes ne pungantur. lib, xxx, ca, vi, ne etiam vespe
spe puncturis venenosis inficitant, vide vespe

Apoplexia vide atoniti.

Apostema tumor membro nocius Siluat.

Apprimēdo fortiter siue stricte iungendo. pli. lib, viii, ca. xxxvi.

Appelles phūs & pictor eximius de quo lib, xxxv, ca, ix.

Aquilarum multa genera siue species assignat lib, x, ca, iii.

Aquilo ventus est a vehementi volatu dictus instar aquile festus,
de quo pli, li, ii, & aliis per multa capitula.

Aquitani, populi qui a pireneis mōtibz versus septentrionem vsq;
ad garunnam fluuium secundum cesaris diuisionē. Strabo ali-
qui extendunt vsq; ad fluuium ligerim. pli, lib, iii, & iiii.

Aquarum nature varie hñtur lib, xxxi, ca, ii, & iii.

Aquarum multe medicine ibi.

Aquarum bonarum et malarum signa ibi.

Aquaruz spume & spisse viriditates & reumata quā medicine vim
habeant ibi.

A, ante, R.

Arabia secundum ptolomei doctrinam duplex est. Vna iudeaz ab
egipto distinguens in parte asie q̄ ad affricā vergit. Alia in india
inter tigrim & eufratem: q̄ felix dicitur auro optimo abūdans: vt ex
psalmis colligitur. Dabitur ei de auro arabie: cuius est pars sabba re-
gio thure abundans ꝑcipuo. Iuuenal. Et thure sabeo. habet duas
estates et duas hyemes & vmbas frequentes ad meridiem. Cū ce-
tere regiones vmbas habeant septentrionales. Lucanus. Ignorū
vobis arabes venistis in orbem. Vmbas mirati nemorum non ire
sinistras. de quo pli, lib, vi, ca, xxx. Silē. eodem libro, ca, xxii. de ta-
probane insula. Itē de arabia et eius preciosis habes lib, xii, c. xix.

Argentens pondus est vide talentum.

Ardea avis alte adeo volans vt visum fallat vel fugiat. Virgilius.
Atq; altam superuolat ardea nubes. Aristoteles Multas ardee spe-
cies assignat de quo plinius libro decimo capitulo, lxxiiii.

Ardea etiam ciuitas est in mauritania rutulorum colonia super lau-
rentum: stadiis septuaginta a mari distans strabo

Armonicum gummi est plante siluestris galbano similis a cuius
radice vulnerata egreditur lacrimus qui fit gummy, diascor. Est

etiam sal aurifabrorum. Sed absq; salis addito gummy est aurifa
bri siquidem sal armonicum nominant

Argemoma herba nota que ferraria minor dicitur similis est agre
sti papaueri: sed discernitur: quia caput superius latius habet et se
rius floret: estq; illi flos croceus, radix emittit croceum succum

Nal citur in campis et iuxta Sepes siluaticus, de qua plinius libro
vicesimosexto, capitulo vndecimo.

Aretissus lacus est grauis pondera sustinens nec immerguntur stra
bo de situ orbis hermolaus corrigit aretissa, de quo plinius libro
secundo, capitulo sexto.

Armus scapula bestiarum est, plinius libro octauo, capitulo, xlix.

Armis inquit q̄ vilosissimis.

Armilinus vide brachiale.

Architectum edificium est. Inuenitur etiam pro architectore, vtro
q; accipitur modo libro decimosexto, capitulo quadragesimo se
cundo. Est autem architector qui precipit opus deq; eo ordinat.

Ab architecton grece q̄ est magister operis latine

Articulorum morbis medetur plinius libro vicesimosexto, capi
tulo, xii, & xiii.

Arborea genus raphani inquit diasco, Isido, dicit q̄ est lapsa
na de qua plinius libro, xx.

Argemonia vide agrimonia

Aries vide veruex.

Argenia egrī oculi quam greci irim dicunt latini albuginem, Simo
pontinus in marcialem. De quo plinius libro vicesimooctauo, ca
pitulo octauo, Et libro trigesimo tertio, capitulo quinto, hermola
us castigat argemon quod argemon differt a lenconiate: hoc est al
bugine: quia argemon vlcus est eius orbis qui vocatur Iris id est
arcus celestis in oculo extra rubeus: intra candidum. Albugo cica
trix est oculorum altiuscula: sicut utiq; in summo nubecula didi
mus tamen argemon dicebat idem esse q̄ lenconia, verba sūt her
molai in finali castigationum epistola.

Argena argenti spuma per candina, hermolaus in castigat, plia
nians.

Arundinetum arundinum multitudo vel locus in quo arundines
abundant, De quo plinius libro decimosexto, capitulo trigesimo
septimo. Et libro decimoseptimo, capitulo vicesimo.

Arturus stellaverfus septentrionem, oritur autumnal tempore, pridie ydus septembris, occidit in ydus mayas. De qua plinius libro secundo, capitulo vndecimo, et capitulo decimo octavo, et libro, xi capitulo, xvi, et libro, viii, capitulo, xlvii.

Arua campi culti et seminati, quod deducitur nomen ab aru-aras. Varro de re rustica, Generaliorem habet ager significationem siue aretur aut seratur siue non. Omnes enim rusticas comprehendit possessiones qualia sunt salicta, vineta, pascua, vide ager.

Area, vide ager

Artemisia herba que nomen vsurpauit a nomine regine artemisise que multas eius herbe vires docuit de quibus habes libro vicesimo texto, capitulo decimo sexto.

Armilini, vide brachiale.

Arbustum, Seruius in bucco, dicit locum esse in quo multe sunt arbores, in quo videtur errare; quia silua arbustum non nominatur. Sed ubi sunt arbores plantate. Docet enim columela quemadmodum arbustum sit faciendum

Arte picture olim instruebantur iuvenes tanquam artibus ceteris libera libus libro, xxxv, ca, ix.

Arisca alia idem quod althea sic vocata ab excellentia virtutis, Siluat, vide althea.

Argentivini naturam habes libro tricesimo tertio, capitulo sexto.

Arteriarum officium li, xi, ca, xxxvii.

Aromata omnia odorifera dicta; quia aris imponebantur ad cultum diuinum, Siluat, Marcilius ficinus libro de vita longa dicit ea omnia habere stipticam et acutam qualitatem, de quibus plinius multis libris et capitulis

Arnoglossa, plantago est; ait discorides, de qua plinius libro vicesimo sexto, capitulo duodecimo, Siluat, dicit quod est lingua arietis latine.

Aristologia herba que duplici figura consistit longa et rotunda, per diascor, Aliqui libri habent aristolochia, de qua plinius libro vicesimo sexto, capitulo duodecimo.

Arius quod a grecis dicitur gargata, ait Siluat, vide acinus

Arista spica est, Spica tamen proprie dicitur ante maturitatem, a spe futuri fructus, Arista vero quando arida est et matura, Seruius in georgicis,

Arctosyrfa, inde arcticus polus. Assignant astrologi vrsam dupli-
cem maiorem et minorem. Sunt autem vrsæ ex septem stellis que se-
ptētriones quasi septem boues a grecis dicunt quia tarde mouen-
tur. De quo pli. lib. ii.

Arcere prohibere. festus. Pli. lib. xv. ca. xvi. austros specularibus ar-
cere.

A ante S

Aspergo asperginis. odor est edificii clausi et quod perflatum non ha-
bet; quod odoris genus imperita plebs rheumaticus appellat. her-
molaus in castigationibus. De quo plinius li. xxi. ca. xix.

As assis. vide talentum magnum

Asphaltum lapis crete nigre siluat. Serapion vero dicit quod est bitumen
Hermolaus in castigationibus quod est monopolium quod vix credo
Vide monopolium

Asparagus herba cuius radix esui apta diuretica est; nec bene dige-
ritur. ait Galie. lib. simpl. De quo pli. li. xix. ca. viii.

Asinum consulere. li. xxviii. ca. x.

Asarum ex isidoro herba est floribus casie similis iuxta radices pur-
pureis in quo semen continetur vis simile paruis. Siluaticus silue-
strem nardum appellat. De quo pli. li. xii. ca. xiii.

Asterion. herba nocte lucens. Ga. simpl. pharmacorum dicit quod a qui-
busdam dicitur bubonium; quia bubones sanat

As assis est quicquid diuidi potest in partes equales. Et est genera-
le nomen. Qua ratione as libra vocatur; quia diuidi potest in duode-
cim uncias et in partes quattuor equales & in tres veteres equides
duodecim. duntaxat uncias libre assignabant. Quo ritu medici li-
brantur. vide talentum

Assulaytitur vitruuius pro fragmentis que marmorarij ex operibus
deiciunt; sciros a grecis appellatur. Et ligno autem schidia Idem
auctor appellat sicut epichidion per cuneo. id quoque a grecis tractum
Hermolaus in castigationibus plinianis. De quo pli. li. xii. ca. xxiii
Asturcones sunt equi minores. Hermolaus in castigationibus plin-
ianis.

Asa gummy est; quedam est asa fetida que prouenit ex herba vehe-
mentis igneitatatis que etiam alio nomine vocatur lasar. Siluat.

Ascalonia cepis genus; dicta inquit isidorus ab vrbe palestine que
ascalon dicitur; vnde primo aduecta est. De qua pli. li. xix.

Asma pulmonis egritudo. Asmaticus qui ea grauatur. De remedijs
eius pli. xx. li. ca. xxi. et alijs locis. vide suspiriosi. et orptonici

A ante T

11
Athelete luctatores pugnatores & qui rogis sunt itineribus assue-
ti. Pli. lib. xi. ca. liiii. Et lib. xxiii. ca. viii.

Athlas mons in occidente scilicet in mauritania ab athlante vetu-
sto mauritanie rege nominatus ad meridiem situs. mons est rotō-
sus tante altitudinis: vt summitas videri non possit: quia nubibus
semper nedum hyeme: sed estate tegitur. Ab incolis columna cre-
ditur celum sustinens. Ideo poete fingunt esse gigantem celus hu-
mero gestantem. Quod videbis in eneid. de quo plinius libro. v.
ca. p. Et libro. xxi.

Athlantes populi athlantis montis accole. dicitur etiam mare ath-
lanticum. Tortelius. de his pli. li. v. ca. p.

Attoniti sunt quorū corpus & mens stupet fit interdum ictu fulmi-
nis interdū morbo. Appoplexiā greci vocāt. Cornelius. celsus li-
bro suo. tertio. capit. xxvi.

Attramentū triplex est vñ dicit vitriolum quod ad viride accedit
colorem. Sed simpliciter positum de nigro intelligitur. Ab atos
grece quod est nigrum. Siluat. De quo pli. li. xxv. ca. vi. Itē li. xx. di-
cit pli. verrucas ocymo colli. cū. ceramento sutorio. hermolaus cor-
rigit atramento. dicit autem q̄ atramentū sutoriū est calchātū

Atropos grece vocāt cōualescentiā ab egritudine maxime pulmo-
nis et anhelitus. Siluat. de quo pli. li. xxviii. ca. ix.

Atrogenis herba ramis iuniperi similis foliis & semine. succ^o eius
lacteus nascit in crete insulis. Siluat.

A ante V

Auis que oua parit et habet plumas volucris autem generaliore
habet enim significationem. Est enim quecunq; volat. vespertilio
autem volucris est non auis. cum nec pennas habeat: nec oua pa-
riat. Etiam musce volucres sunt que volāt. de his lib. x. & xi.

Aura flatus vel spiramen. virg. enci. At puer ascanius superat & ve-
scitur aura

Auscera sunt que ad stipticum declināt. Siluat. Idem dicit marcili-
ficinus. vide stipticū.

Aureus pond^o dragme vñius et semis. vide talentū

Auariū locus in quo multe aues hominū industria nutriende clau-
duntur. Virgilius georgic. libro secundo. Sanguineis inculta ru-
bent auaria baccis. Seruius dicit q̄ auaria sunt secreta nemora
que aues frequentant. prima tamen significatio magis plinio con-
sonat. Et etiam varroni libro de re rustica. De quo plinius libro.
xvii. capitulo. ix.

Auena cū plura significat ad propositum presens viciū est fru-
gum. virgili. Infelix lolium et steriles nascuntur auene. vide mor-
c

bi frugum

Auctio est augmentatio rerum per mercaturam.

Auctionarius qui res emit vili precio, vt carius vendat. Plinius lib. xviii. capitulo, xii. Auctionibus adhiberi fabam lucrosam putant. Simpontinus in marcialem q̄ auctio venditio est in publico pl^o of ferenti. Quod parum plinio concordat; quia sic vendi fabe non solent.

Auctoratus est miles ad periculū et mortem conductus; si casus ferat. Exauctorati qui rationabili causa militie sacramento solvuntur. Resignati vero sunt milites quibus ob delictum adimitur stipendium. hermolaeus, de quo pli. li. xxxvi. In mensione theatri versatilis. Sed apparet ex pli. lib. xiiii. quod non solum de militibus, auctora ti dicuntur; sed etiam de agricolis. Sic enim scribit ab auctorato vindemitore rogū et tumulum excipi. Cuius sensus ab intelligentib⁹ assignatur; si vindemitor operam suam locasset in altas vitet que ad summum altatū arborū cacumen ascendunt, si inde cadens moriatur; vltra constitutā mercedem illud quoq̄ mereret; vt funeris impē sam dominus exoluat.

Aues pictura decepte. li. xxxv. ca. ix.

Auium castus immoderatos pictura compescere li. eodē. ca. x

Auster meridionalis ventus, qui grece nothos nominatur quoniam est nebulosus atq̄ humectus, nothus enim grece humor nominatur. Aulus gelius. De quo plinius libro secundo. Et libro decimo quinto. capitulo. decimo sexto. dicit austrum aduersari fluctibus seruandis.

Auium amicitie et inimicitie libro decimo. ca. lxxi iiii.

Aura multas significationes habet; que ad naturalia pertinent. Auraventus est. Virgilius in georgicis. Per ramos aura refulsit, noni⁹

Aura splendor. hinc aurum dictum a splendore qui metallo inest. Seruius. Aura fauor. Et aurarii sunt fautores. Virgilius sexto eneid. Nunc quoq̄ iam nimium gaudens popularibus auris Aura. i. vita. virgilius. At puer ascanius superat et vescitur aura.

Auis restrictiorem habet significationem q̄ volucris. volucris siquidem est omne animal volans siue pennas habeat siue non. vt locuste apes vespe absq̄ pennis volant. Aues autem solum dicuntur que pennas habent ouaq̄ generant. De quibus plinius libro quarto per totum. Volucris etiam adiectiue capitur; sed parum ad propositum plinianum.

Aurium remedia habes libro vicesimonono, capite, quinto, Et libro xxxiii, capitulo, iii.

Auri multiplex vsus multeq; eius virtutes habentur libro trigesimo, capitulo, ii.

Auri inueniendi ratio & industria eodem libro capitulo, iii.

Auri extractio ab antris pfundis libro, ix, capitulo, xxv.

Aurifodina locus mineralis in quo effoditur aurum de quo plini^o libro, xxxiii, capitulo, iiii, & alibi.

A ante x

Axungia pinguedo maxime porci, dicitur ab vnctione inquit papias. Aliq; ab axe; quia ea maxie pinguedine, rotarum axes vnguntur, de quo plinius libro vicesimo octauo, capitulo nono. Nota q; multa nomina per æ diptongon a quibusdam scribuntur: que alii per e simplicem vocalem incipiunt, Ea siquidem in noim per e incipientium ordine reperies

Axis plures habet significationes, Est enim pars celi, & stipes circa quem rota vertitur, & tabula fertilis, festus, de quo pli, lib, ii.

Axes vnde coaxacio & cantabulatio. Nam asseres auctore vitruuio tabule non sunt; sed crassior materia & angusta in modum parue trabis ab assidendo parietibus atq; tignis appellati, Quibusdã coaxatio non per, x, sed per, ff, videtur scribendum que madmodũ assamenta & assule, hermolai, verba in castigacionibus plinianis, de quo plinius tangit libro, xxxvi, ca, xxv.

Axinomancia id est per secures dolabellasq; facta diuinatio capite, xix, Sicut catopromantia diuinatio est per specula, cum pueri preligatis oculis incantando ventura respicere putantur Quod ludibrium adhuc a quibusdam seruari dicitur

De littera B, ante A

Bactriaregio est circa assiriam cui⁹ populi bactriani appellati, Seruius, bactrius fluuius circa assiriam a cuius nomine bactria regio & bactriani populi, herodotus,

Mina pondus libreynius & ptis quarte, Et secundū alios pondus centū dragmarū Situat, vide Talentū, Festus dicit q h3 ciclos, Ix, qui faciūt obolos mile, cc, Pollicianus dicit oēs errare q minā dicūt, cū, mnā scribere ac pñāciare debeāt absq i, Minophilō grece nullefoliū latine Pli, eam cōformiter describit ad diascor,

Mifeos terre spēs in metallicis inuenta, de qua Pli, multa

Miliū granū minutū a multitudine fructus vocatū, Semel enī iactū fructum affert centesimū, de quo Pli, lib, xviii, & lib, xxii, ca, xxv,

Miltos spēs ē rubrice siue minii, her, in casti, de quo pli, xxxv, c, vi,

Minius coloris rubri terra est, a quo dicitur aqua maris rubri tingi de quo tractat Pli, lib, xxiii, ca, vii,

Miagus herba est Siluaticus, de qua Pli,

Midriasis apud grecos passio oculi: cū pupila effunditur & dilataf aciesq eius hebescit, Cornelius celsus lib, vi,

Minerua dicit quia bñ moueat, Festus Cice, de natura deorū quasi vim minef, Grece pallas dicit a vibrādo, vñ palladius, de quo Pli,

lib, vii, minerue quinq fuerūt Idem Cice, vide iterum inferius

Miracula ex quorūdam hoīm corporibus lib, xxviii, ca, iiii,

Mirabolanū, medicina laxatiua q vbi laxauit, post cōstringit, Sunt aut eius quiq spēs, diascor, Quidā dicunt q sunt ad auellane magnitudinem paulo maiora, de quo Pli, lib, xii, Marc, ficinus lib, de

vita longa scribit mirabolanas in genere femineo,

Miletus vrbs Iouie capitalis in qua sunt optima vellera virgil, iiii, eneidos, milesia vellera Nymphē, de quo Plinius lib, v,

Minerua latina dictio, q vim minef, Pallas a grecis dicta: a verbo greco id quod vibro significāte; eo q hastā vibrare psueuerit & docuerit, Tortel, de qua Pli, li, vii, Cice, tñ pro natura capit prio offi;

nichil inquit decet in vita minerua obstante id est aduersante et repugnante natura Vide iterum prius de minerua,

Mirra fuit Cyrene regis cypriorū filia: que grauida in scio patre facta: eius fugiēs irā iuit in Sabbeā orientalis arabie plagā: vbi cum placari p̄f nolle: deoꝝ miseratione in arbore sui nois trāfformata est per ouidiū. x. methamorph. Ea vero arbor gignit gummy eiusdem nois aromaticum. calidum & siccum. de quo Pli. lib. xii.
Mirice siue mirica arbor est humilis foliis minimis flore flauo nascitur tam in locis aridis q̄ aquosis ait Ambro. de quo Pli. xxiii. virgilius. Non omnes arbusta iuuant humilesq; mirice
Mirrhina lapis est de quo pli. libro. xxxvii
Mithridates rex ponti fuit A quo noīatur antidotū valens aduersus venena & frigidas passiones. Qui postq̄ aduersus romanos annis sex & quadraginta bella gessisset: tandē tribus bellis: felicitate Sile: virtute luculi: pompeii magnitudine supatus: cū mortē sibi in ferre decreuisset: violēta sumens venena: prefati antidoti bñficio: necari nō poterat. Tandem gladio se transfixit. hec tradit iusti. de quo Pli. lib. xxv. ca. ii. & alibi.
Misen⁹ mōs ī cāpania vocat⁹ a miseno tubicie enee ibi sepulto fest⁹
Minophilō grece quod latini millefolium appellāt. habet folia feniculo similia. vulnera solidat. de quo plinius.
Mirthus herba aromatica suavis odoris virgi. bucco. Et te pxima mirthe: Sic posite qm̄ suaves miscetis odores. veneri cōsecratā potēte finxerunt: vel quia in littoribus nascitur: vel q; mulierū necessitatibus apta sit. de ea Pli. libro. xv.
Mirtheū locus ī quo herba mirthus abūdē nascit̄. Plautus tñ potulit in feminino gñe. Nescio inquit quis seruus e mirtheta p̄siliit. Mittere omīssa vulgari significatōe nūcios mittēdi: mittere omittere est. Tereñ. in apelp. Hera lacrimas mitte. Item dimittere. Tereñtius me missum face. Mittere sinere pmittere donatus.
Mitis tranquilus placabilis virg. ix. eneidos. mitis vt in morē placideq; paludis. Mitis matur⁹. vir. buc. Sūt nobis mitia poma. No. Mimis ait hermolaus ī castiga. est sermonis & factorū cuiusq; imitator vel fabularis inde pantomimus. pantomimorū: duo assignat hermolaus genera in castiga. Pli. Que pars sunt memoratu digna.
Mixture moderatura. varro lib. i. de vita patrum. Nonius.
Morb⁹ in frugib⁹ leguminibus & frumētis: q̄tū ad plantas p̄tinet: t̄pale est nocumētū & tolli remediis pōt: vt loliū siue zizania tribull lava. Aera egilopē pelecynū. Viciū vero p̄petuū īpedimētū est: qd nō p̄seti cura: s; p̄cedēti vitā. Atq; iō medicari semina: Columela. virg. & pli. docuerūt: ne expectata seges vanis eludat̄ auenis. Noci na enim que seminibus accidunt itavt degenerent aut malas fruges producant: vicia ab accuratissimis scriptoribus vocant̄. In his aborcio: luxuries: vanitas: bromus: auena: yrtica: siligo numerant̄.

Nocumēta vero q̄ frugibus oīs gñis a celo pueniūt illud nūc malū nunc iniuriam vocat pli. vt sunt grandines vēri imbres nebule tubi gñes. dān vero q̄ a terra pueniūt frugū pestes dicit. In quibus est vligo. Caries. Eruca. Culex. Limax. Talpa. Phalangus. Atq; eius modi bestiole. hec pli. noīa sine cōfusione diligēter & accurate obtēuat. de quibus li. xviii. ca. xvii. Et li. xix. c. x. Ex quib⁹ vides multum referre inter morbum vicium malum; iniuriam; pestē de frugibus & plantis loquendo.

Morbi arborum li. xvii. ca. xxiii. & ca. xxvi. & xxvii.

Morbofus morbo affectus. festus.

Morbus est habitus cuiusq; corpis cōtra naturā; qui eius vsum siue opationē facit deteriorē. Hec cōis est descriptio morbi in plātis & animalibus. Aulus gelius. vide morbus in frugibus

Morborū totum corpus occupantiū medicine. li. xxviii. ca. xii

Morborum quadrupedum remedia li. xx. ca. xiii.

Morborum quis grauissimus li. xxv. ca. iiii.

Morsus animalium sanatur li. xxviii. ca. iiii. & alibi

Moles id est magnitudo. festus. moles difficultas. virg. p. ene. Tāte molis erat romanam condere gentem

Moliri parare. iii. ene id. Phrigie molimur montibus ide. Seruius.

Moliri pagere. virg. vi. ene. inde datū molis iter. moliri regere gubernare. Serui. Itē facere. p. ene. Res dura & regni nouitas me talia cogit moliri. Itē retinere repugnare morari. nonius. moliri cōstruere. p. ene. Moliriq; arcem & manibus subuolucere saxa demoliri.

ecōtrario. Ci. de offi. li. iiii. Demoliri ea quorū altitudo officeret auspiciis. Nonius.

Mola plāta quedā est. Itēq; mola supfluitas dura inaiata q̄ invētre format muliebris; q̄ ē carnis frustū informe. de quo pli. li. vii. c. xv.

Et li. x. ca. lxiiii. festus dicit. q̄ mola etiā est far tostū & sale sparsū

Idē Seruius. Item mola a molari lapide

Monumētū. i. memoria a mētis motōe. Serui. virg. iii. ene. Accipe & hec manuū tibiq; monumēta mear; sit puer. & li. v. ene. Quā cā dida dido esse sui dederat monumentum & pignus amoris. Item

historia significat. Seruius

Molibdena est plūbū vsū. diafc. aūt vocat sterc⁹ auri & argēti. melior aut q̄ hz colorē argēti. estq; in tritura lucida & ruffa. idē fere pli.

Monopoliū est cū vnus sibi vēdicat rei cuius plā vēdēde sol⁹ ptātē.

ex arist. iii. polit. pli. viii. c. xxxvii. vt in Sicilia monopolium fit de alumine. Ad hipponam. in affrica de coralo bitumine in iudea. Sa

lee in gallia. de quo pli. li. viii. ca. xxxvii.

Morion est mandragore semen quod consonat pli. Quis Siluati

dicat esse mandragore speciem.

Morbus regius, vide Ictericia.

Morphea cutis infectio eius colorē mutās naturalē. Cōstān. **Morphea** morbus est in cute qui colorē mutat, morphosis est a grecis mutatio dī, inde Qui, methamorphoseos tractat de trāsmutatōib⁹. **Monedula** anis ad furtūz prona; & ad ipsa furta recondēda. pli, li, xvii, c, xiiii, monedulā condentem semina in arbore docuisse arborem. In aliam alterius speciei inferere.

Molle relictavulgari significatione que duro opponit, Molle dulce est atq; iocundū, virg, ii, georg, mollesq; sub arbore somni, molle placidū. Nonius, mollis facilis, virg, iii, georg, Castalia molli diuertit orbita cliuo, mollis clemēs tepid⁹. Serui, i, iii, georg, mollis in hoīe male sonat; qui, s, neq; fortis neq; cōstās. Laurentius, molle recēs nonū, virg, buc, sunt nobis initia poma castanee molles. **Mugil** mugilis piscis velocissimus in mari, de quo pli, li, ix, ca, xv, & xvii, de quo etiā li, xxxii, ca, ii.

Mulgere lac a pecudum siue aliorum aīalium vberibus extrahere, virg, Hic alienus custos oves bis mulget in ora, Seruius.

Mulsum fit ex melle & vino; melius vetere q̄ nouo, ait Siluat, Fit si mili mō aqua mulsā, de qua pli, multis locis, de vtroq; lib, xxii, ca, xxiiii, Et ca, xiii, Isidorus autem dicit; quod nos mulsum dicimus; greci dicunt melichratum.

Multra tempus in quo mulgentur oves aut boues, i. ab earum māmis lac extrahitur.

Multrale vas in quo mulget, Seruius, virg, buc, Ego hanc vitulam ne forte recuses; bis venit ad multram.

Mulierū ptusvt faciles sint, Et medicine egritudinū que partū sequunt, li, xxviii, ca, xvi, & li, xx, ca, xiii, & xiiii, Et li, xx, ca, xxi.

Mulierū fasciāvirū ad incolumitatē ligare li, xxviii, ca, vii.

Mulierū multe passiones sanantur, li, xx, ca, xiii.

Mulus cū multa significet; piscis est marinus vocatus, inquit isid, q̄a mollius sit carne tenerimus ac delectabilis, pli, li, ix, dicit inueniri in mari rubro, lxxx, librarū, in septentrionis & occidentis cōfinibus oceani gignit; sed binas libras ponderis raro exuperare. **Mumia** obsequia sunt ex lege debita immunis aut qui ab eodē obsequio liber est, pli, li, xviii, ca, xxvi, Nec illo tpe vocant ad mumia agricole, Nonius mar, dicit esse officia qd nō multū a p̄dicta distat acceptione; si laboriosum est officium.

Mūmia, Inquit Serap, est humana caro; mirra balsamo & aloe cōfesta ab antiquo, Quidā capiūt pro mummia; humana corpa; in arenis mobilibus desertor arabie multis ab annis sepulta.

Mucrovulgatori significatōe acumē est gladii. Sed etiā alias rebus acumē est, Serui, Pli, li, xxviii, ca, x, bubuli coruus mucronē exustū Muria liquor est ex sale liquefacto cū carnibus qui coctiōe in salis effigiē redit, pli, li, xxxi, ca, vii, festus scribit muricies, vide muries. Murena genus est anguille, meliores sunt in freto siculo, Iuue, bithoni murena dat q̄ maximavenit, Gurgite de siculo, quā etiā ipse iuuenalis suspectā dicit de coitu cū colubro, de ea pli, li, ix, c, xxxii Muries dicebat sal in pila tōsum & in ollā fictilē cōiectū; in furno q̄ percoctū; quo dehinc in aquā misso; virgines vestales vtebantur in sacrificio, festus.

Murium & musca; fuga li, xxv, ca, iiii, li, xxiii, ca, viii, & xi, & li, xxx, ca, iiii, murium caro cibo salutaris li, xxx, ca, iiii.

Multipes vide Scolopendra

Muriū mira multiplicatio vnde proueniat, li, x, ca, lxxv.

Muria cōuenit cū garo, Siluat, vide Gar^o Her, scribit murina, festū pōpeiū allegans, Est inquit murina genus potōis quā mulieres vocāt muriolā, Quidā murratū qd̄ vino tribuitur, d̄r̄ ei vinū murratū, Murina genus potionis quam vocant muriolam quidam, quod vino tribuitur scilicet vinum.

Mus grece forex latine; a corrosionis sono d̄r̄, ait Tort, est aut̄ mus maior & minor, Minorū quidā araneus a plinio vocat; cui^o morsus tanq̄ venenoso p̄ medicinā cōsulit li, xix, c, iiii, & alibi, Cū Tortelii tū reuerētia nō sunt idē mus & forex; cū nō tota hieme lateat mus, Sorex autem tota latet hieme, ait pli, li, viii, ca, lxxv.

Muscus fortis est odoris aromatici, ex aialibus manat q̄ d̄nr̄ gazele colore subniger ad rufedine tēdēs, Sed multis modis sophisticatur, ait Serap, Tort, dicit muscū ab aiali puenire qd̄ est ad similitudine muris; Iuxta cuius vmbilicū nascit̄ sanguētū apostema qd̄ muscū cōtinet siue cōficit, pandulph^o dicit q̄ ex cremēta illa q̄ muscū vocāt; ex pardorū gñe aialiu sunt petrarū saxorū q̄; erasa verticib^o

Muscus etiā viridis lanugo q̄ locis humidis nascit̄, Seruius, virgil, muscoli fontes, Item herba est q̄ circa arborum cortices nascitur, Seruius de his omnibus, plinius in dineris libris.

Mustū nō solū vinū nouū; sed et̄ nouellū in rebus aliis q̄cqd̄ est mustū recte d̄r̄, Neni^o in gymnastico; nō viduā; sed virginē ducere si in uita est, i, si nouella ē nō corrupta, noni^o mar, hoc mō adiectie sumt̄

Musculus multa significat; sunt ei musculi capita neruoz̄ in nodo sa carne; q̄ magis apparēt in brachiis & tibiis rasis, pli, li, xx, ca, xx.

Musculis neruis articulis imposuit altheā; musculi etiā sunt musces pui, Pli, li, viii, ca, xviii, ruinis imminentibus musculū p̄nigat̄.

Id est prius recedunt aut fugiunt.

Mutilum aial quod quauis a suo genere sit cōiter cornutum, cornibus tamē caret vt in capris aut ouibus quibusdā, pli. libro viii. ca. lyiii. mutilum in sexu vtroq; vtilius, vide mutilare.

Mutilare est aliquid rei cui piā detrahere, Teren. in hechira. Quin spolies mutiles laceres. est ei mutilare iminuere, dona, vide mutilū

De littera N

Nabatheo regio oriētalis ad arabiam et mare rubrum vbi maximi nascuntur elephanti, Tortelius.

Napus radix est esui vsitata, de quo plinius li. xvii. xviii. xix. xx.

Napocaulē plinius dicit ex diuersis oleribus compositum herbā, habet enim caulis saporem, napi quantitatem.

Napellus herba similis eleboro nigro culus radix ordinat ad modum rethis herba venenosa cuius remediū est cōfectio, dyamuscus napellus etiā est aial muri simile habitās circa radicē napelli, et est tiriaca contra ipsum napellū herbam, Auiscēna lib. ii.

Nardus, vide spica.

Narbonensis prouinciē morbus peculiaris est carbunculus, plinius lib. xxvi. ca. primo.

Nare ponit pro natate, nonius, li. vii. ca. primo; natate autē est frequentatiuū eius verbi nare, festus, Est etiā ablatiuus huius nominis naris quibus etiam vtitur plinius variis locis.

Nasturciū herba ē q̄ duplex secūdū diasco, scz domesticū, illud enī crescit i hortis herba calida et sicca, semē hñs rubeū, Aliud agreste aliud aq̄ticū, i locis nascit aq̄sis, frutex ē ad cubiti lōgitudinē; hñs folia minuta ad rotōditatē accedētia, de his pli. li. xx. c. xliii. & alibi

Nassa piscatorū vasis genus; quo cum piscis intrauerit exire nō potest, plau, nunq̄ ex ista nassa hodie escam petam, festus.

Nausea appetitus vomēdi; propter cibi aut potus aut prauorū humorum abundantiam in stomacho, Constant, vide, fastidium.

Nectar potus ex vino et melle Siluaticus, Et etiā ex zuccara et aromaticis, Virgilius bucol. Vina nouū fundam calathis anisia nectar aliqui scribunt alnisia, alii aruifia.

Nefresis vrinandi difficultas que est quandoq; ex renibus viciosis quandoq; ex vesice indispositione, Constant.

Negligentia plantis aliquibus prodest libro xviii. ca. xv.

Nenuphar herba in aquis nata cuius maior filiorū pars ē in superficte aque cum albis floribus Serap. pli. multis eam locis nymphae am vocat lib. xxvi. ca. xi, et alibi frequenter, et ca. xi.

Nepita siue nepeta herba calida et sicca pulegio filis, Pli. li. xx ca.

xiiii. et li. xxiiii. et li. xxiii. ca. xxi. Nepete et pulegio societas. vide pulegium.

Nercides sunt quas cirenas vocamus humanā in superiore corporis parte effigiem habētes. dicit Albertus. de quo pli. li. ix. ca. v.

Neruorum egritudinem patientium medicine libro xxvi. ca. xii. & xiii. Et libro xxviii. ca. x.

Nespila fructus cōmunis multos habens nucleos. vide Sorba Neupmaticus. vide pneumaticus ex hermolao.

Nichomachus: viri fuerūt huius noīs multi. vn^o fuit aristotelis frater arte medicus ait Tortelius. Alius aristo. ipsius filius cui scripsit libros ethicorum. Alius est autem nichomachus quem plinius lib. xxx. dicit fuisse egregium pictorem.

Nictilopa. vide noctilopa.

Nidor est odor rei toste vel aliter coctē sine alicuius cibi Iuuenalis Captū te nidore putat ille culme. Pli. libro xxiiii. Serpentes fumū ex nepeta nidorem q; fugiunt.

Nymphaea. vide nenuphar.

Nygritis: nygrim in accusatiuo fluuius ethiopie occidentalis est. de quo pli. libro iiii. ca. viii.

Ninia herba est tribus foliis contenta. vide Trifolium.

Nitrarie sunt terre spacia pollita q̄ sunt circa nilū. vt cū eo inundate aquā receperint: retentam ac desatam sol in nitrum cōuertat. de quo pli. libro xxx. ca. x. vide Sal.

Nitrum species est salis. vide Sal. Pli. li. xiiii. c. xx. Cinis fecis vini vires habet nitri.

Noctilopa passiovisus q̄ vespe adueniēte ipedit visū. cui passioni dicit valere iecur capre. rōem assignās li. viii. ca. xlix. Itē li. xxix. ca. v et libro viii. ca. lviii. Aliqui textus habēt nyctilopa. Est autem nomen grecum ait hermolaus

Noctua avis noctevolans. de qua plinius libro x. ca. xvii.

Novie vlcera sunt q̄ depascunt vorātq; corpus serpēdo. ait hermo.

Noualis ager a nouādo dī. varro de re rustica. fest^o dicit quia noue relictus semēti. Seruius dicit q̄ noualia dicuntur que per singulos annos noua proferantur: vel per semina renouātur virg. bucol. Impius hec tā culta noualia miles habebit. Item dicit Seruius nouales sunt terre tunc primum proficisse.

Nox terre ymbra est eius partes assignat varro q̄ pars prima vespera dicitur. Secunda crepusculum. Conticinū deinde galli cantus siue galliciniū. Lucifer matutinū. Crepusculū ē dubia lux. Greci enī creperon dubiū vocāt. potest enim iūgi principio noctis aut

fini. Seruius tamen dicit q̄ vsus obtinuit vt matutino iungatur.
Nuginendos plautus dici voluit: oēs qui aliquid mulierib⁹ appropria-
tum vendant. Oia enim talia que mulieribus venduntur nugas
appellat. Nonius.

Numidia a dictione oritur greca que est idē quod pabulū ait Sym-
pontinus regio est in affrica confinis ethiopiē a parte meridie quā
Salustius ample describit in historia belli iugurtini, de qua plinius
libro v. ca. iiii.

Nummus est denarius siue ex auro siue argento sit cōpositus siue
cupro. A nomine nūmus dicitur, quia principis nomine effigiatur
Pero, in marcia. Alii dicūt a numa pōpilio qui primus italis sic or-
dinauit nominari. De nummo pli. lib. xxxiiii.

Nusticiosus qui oculorū vicio parū videt, quiq̄ plus vesperi q̄ me-
ridie videt, cui passioni cōtraria est noctilopa, vide noctilis.

De littera. O.

Oaxis fluuius velocissimus, virg. bucol. Et rapidū crete veniemus
oaxem, de quo pli. lib. vi. ca. xvi.

Obesitas pinguedo quasi ob esum vt li. viii. ca. xxxiii. Et li. xi. ca.
xxxviii. obesitas min⁹ copiosus sanguis, quia absumit. Item li. xvii.
ca. xxiiii. infestatur arbores morbis obesitate, i. nimia pinguedine
Ser. dicit iii. georg. q̄ obesitas plus ē q̄ pinguis aut crassus Obolus
pondus xii. granorum ordeī, vide Talentum.

Obeliscus lapis ē magnus lōgus i methe modū qua agros termini
signari solēt paulatim gracilescēs figura quadrata. Multi rome fue-
runt a diuersis orbis partibus aduecti, de quo plinius lib. xxvii. ca.
xxxv. Et lib. xxxvi. ca. ix et x.

Obtalimia, vide lippire.

Oblino nis. cōpo. ab hoc verbo lino; Aliqui scribūt linio, et oblit-
nio. Pli. li. xix. ca. viii. beta trāfferē & oblini radices fimo, vide ilitū
Obiter aduerbiū deriuatū otheo obis, quod latā habet significōem
Obire enī est ire i mortē, sed magis ad propositū; exequi significat
vt otheo legationis munus, i. exequor legationem vel pago, iñ obi-
ter aliquid agere, ē id perfecte exequi, pli. li. xxii. ca. v. Sonos icer-
tos et tinitus obiter discutit, i. perfecte, scilicet oleū amigdalinum
Obitus mortē vel occasum significat vir, primo georg. Nec frustra
signorū obitus speculamur & ortus, obitus etiā aduentū significat
Nonius. festus etiā dicit q̄ inuenitur pro aditu.

Obsoniū grece salsamētū est quo cetera cibaria itingunt Pero, sup
marcialē, sed in alia significatiōe capit Teren. cui magis plinius
concordat; videtur enim capere pro his que cum pane eduntur.

Obtalmia passio oculorum, constanti.

Obruere operire sicut aqua vel terra, pertinet etiam ad animum. Quintilianus Tot voluptatibus obruere possunt vnum dolorem. Dicimus etiam obrutus vino aut cibus, et est crapulari. Laurentius, Obnubere cooperire velare. Translatio est a nubibus quibus celū siue aer tegitur. Seruius, ii, eneidos

Obstrata pisces in cocleis degentes de quo genere sunt limaces, Siluaticus.

Occasio temporis oportunitas, casu proueniens festus pomp.

Occare, P. marcus in interpretatione ciceronis de senectute, dicit per sincopam scribi, a verbo oceare Est autem semina in terrā iacta terra cooperire inde occatio. Cice. libro eodē de senectute. Cū gremio mollito & subacto terra sparsum semē excepit, primū id occatum cohibet ex quo occatio noiata est, quasi execatio: quia terra obruitur Octigem, i, octingentē per sincopam Laurentius Pli, multis locis in, iiii, v, vi, lib.

Oceanus mare est magnū vniuersam circūiens terrā. A grecis Amphitrites dicit, vide super hoc ocus Qui ab occasu solis terrā irrūpens habitabilē: iuxta colūnas herculis inter hispaniā & mauritaniam vbi, q. hostio facto limen aperire videtur ait pomp, mella. Et inde mediterraneis finibus vsq; in orientē propellitur. Ea aut pars que profundit, hispaniā: mare hibericū dī, vide Iberus Iberia. Circa Sicilia: tirthenū mare dicitur virg. primo eneidos. Gens inimica michi tirthenū nauigat equor. Circa venecias adriaticū dicitur, pro ampliore doctrina, vide Gades, vide etiā therme thermanum. Ocymū herba hortēsis ozimo similis cui⁹ flores diuturni sunt diascor, hee est q̄ vulgo dicitur basilicō ait Perottus, super marcialem de qua herba salubris ne an nociua esset; diu ab antiquis dubitatū est, vt patet ex Pli, lib, xx, ca, xii, & ca, xiii. De eo etiā multū lib, xix, et alibi ysidorus dicit Ocymū esse nomen grecum: eiusq; originem latinis incertam.

Occatio est glebarū fractio, de quo Pli, lib, xviii.

Oculorum passionibus occurrit liber, xxix, ca, v.

Oculorum significationes & signa lib, xi, ca, xxxvii.

Oculorum passiones & remedia lib, xxix, ca, v, & lib, viii, ca, xlix, & lviii, & lib, xx, ca, xiii.

Ocius aduerbiū est cito & prōpte significās virg. iiii, eneidos, Oci⁹ oēs: imperio leti parent. Iuuenal, Exi ocus & ppera sicco venit al tera naso. Seruius, viii, eneidos dicit Ocius postitiū esse antiquū, nec posse cōparatiuum esse ybi nulla est cōparatio, Sed arguendus

videtur Seruius. cum plinius in cōparatiui significatione posuerit
et ei appellatiuū assignauit Ait enī lib. mercurii sidus inferiori
circulo ferē ocioire ambitu, mō ante solis exortū mō post occasum.
Item li. ix. ca. viii. delphin^o octor volucre & lib. viii. in suppellatio
ponit. multi inquit extitere: q nō nasci optimū censerēt: aut q̄ ocif
sime aboleri Sic etiam Cicero in prima tusculana
Ocix ocicis auis quam cuculā cōiter dicimus Pl. li. x. ca. ix. de eo.
Odor cōmutatione littere dicitur olor. hinc venit olere olet. vide
Olentis inferius.

Oestro apes ceteris grandior de quo libro. xi. ca. xvi.

Oesippū est pinguedo ex lana succida pcedēs. Aliqui medicorū.
Et quidā textus pliniani hysopū scribūt. Et male. quia in lib. xxix.
ca. vi. vbi agit de oesippo: nō de medicinis herbarū agit cuiusmōi
est hysopus: sed ex medicinis q̄ ex aīalibus proueniunt: cuiusmodi
est p̄cfata lane pinguedo

Offa pultē significat: et quicquid ē in pultis modū redactū Perot.
super marcialē dicit puerbiū antiquū esse: multa inter os et offam
interuenire posse Pl. autem in alia significatione capere videtur.
lib. xiiii. ca. xvi. scilicet pro fasciculis herbarū paruis simul ligatis
qui in vīno facticio infundūt vt odorē nouū acquirat vt est in li.
xiiii. ca. xvi. Offis inquit in mustū aut dulce vinū defectis. Colume
la tamen videtur peroto conuenire dicens impinguādas gallinas
forma ordocea offas illis dando.

Offringi terra dī cū semel arata: iterū ex trāsterno sulco arat. festus
Olea arbor est. de qua nascit oleum Oliua eius fructus. Oleum fru
ctus ipsius succus. ait ysidorus Pl. lib. xv. ca. viii. Oleā si capra de
pauerit prio germinatu sterilescere. Inuenitur Oliuum pro fructu.
Et oliua pro arbore Seruius bucco.

Oleaster est olea siluestris ait yfido. nec diminutiue dicit ait lauren
tius. dicta quia fit foliis oleē similis: sed latoribus. infructuosa est
arbor & amara. Si vero illi inserat oleē ramus vim mutat radicis &
sic facile fructuosa. vide Olea.

Oleē virtutes ad medicinā libro. xxiii. ca. iiii.

Oleē cultura & olei natura lib. xv. in prio mult. ca.

Oleī multe ad medelā proprietates lib. xxiii. ca. y

Oliua vide: Olea.

Oleum simpliciter positū in lib. medicorū pro oleo oliuarū intel
ligit. Nam olei nomē ab Oliua est. vide Olea.

Olitor qui hortū holerū exercet laurentus Est etiā hortulanus qui
olera vendit Seruius.

58

Olor auis magna prealba aquatica que cignus dicitur: de qua, Pli. lib. xxiii, ca. xxiii.

Oleander siue oleandrum secundū Auicennā; frutex est notus. Est autem duplex flumialis & siluestris.

Olus vnaqueque herba satua est qua vescimur ait Tortelius ab alendo dicitur, ysidorus: quia oleribus quondam alebantur homines: ante frugum & carnum vsu.

Olibanū ait diascor, lacrimus est arboris que a grecis libanus appellat. Alio noie thus vocat. Quoddā affert de arabia qđ candidū est: aliud de india quod ruffus. Est & tertiū genus minutū quod māna thuris dī. Eligit olibanū optimū quod masculū vig. bucco, verbenas adole pingues & mascula thura: subruffum: rotundū: lenes: pingue: frangibile: quod ab igne cito incenditur: odorem suauē & copiosum emittens, de quo Pli. libro. xii, capitulo, xiiii. Et ca. xv. vide libanus.

Olimpus mōs altissimus in thessalia & macedonia. Alter eius nois in gallo grecia. Strabo Pius in descriptōe aste qđ est in mytica qđ est circa bithiniā in vertice siluas habet ingētes. Olimpia neutri generis certamina sunt, in feminino genere locus est in quo certamina fiunt. Seruius

Olusatū est idem quod iposelmon ait Pli. lib. xx. vide iposelmon Olenis rei appellatōe: nō solū venit qđ fetet: sed etiā quod qualēcūq; p̄bet odorē. Ad suauē enī extēditur, odorē virg. bucco. Et florem bñ olenis aneti Pli. li. xxi, ca. vii. Rosa recens a lōginquo olet Sicca, pius pris, dicit qđ oleo facit olui & oleui: nec differunt significatione Sic redoleo redolui & redoleui.

Omentū intestinum est ventris Cornelius celsus libro. vii.

Onager asinus siluestris, virgilius, iii, georgicorum Sepe etiā cursu timidus agitabis onagros Seruius.

Oneratus absq; aspiratione, scribi debet quia ab onere venit. Est autem pondere aliquo pressus, Seruius

Onix lapis vngui similis de quo parua vasa ad vnguenta fiebant. Acron super horacium.

Oppoponax succus ē croceus et p̄guis odore granis & amarus: ex herba profuens que panaces dicitur ait isidorus, vide panaces.

Oppobalsamum aliqui per b. ante p. scribunt. Est autē succus balsami, quod enim succum dicimus: greci oppos dicunt, aliquando autem capitur pro quocūq; vnguento. Iuuenalis in hirsuto sonat oppobalsama collo vide, balsamus.

Opaca ymbrosa, festus.

Opilatio meatuum obstructio et venarum. Siluaticus.

Operatio et operari pro eo quod est rem diuinam facere aut agrū colere compertum omnibus est. verba sunt hermolai. in castigatio nibus plinii Addit q̄ recentiores philosophi & medici; p̄ eo quod greci energiam vocant vsurpauere melius facturi si functiones et opera dixissent. Crede si velis.

Ophiogenes grece id significat quod serpentibus geniti. fuerunt siquidē parui homines circa helespontum; qui ictus serpentū manuū attractione sanabant. de his pli. lib. vii.

Ops id est terra. varro. Ops dicta est coniunx saturni per quā veteres philosophi voluerunt terram significare. quia omnium opum humanarū terra datrix est. opesq̄ tribuit. vnde et opulēti terrestribus rebus copiosi. Et hostie pingues opime dicuntur. Festus.

Opiparum magnarum opū apparatus. festus pompeius.

Opis possibilitas potestas. Virgilius primo eneidos. Non opis est nostre dido. Etiam pro auxilio sumitur. Teren. fer opem serua me. opēs in plurali diuitie sunt. Virg. primo eneidos. Auxilio tutos dimittā opibusq̄ iuuabo. Seruius. Opisthion morbus est. Policianus dicit interrogasse multos plurimice professionis celebres viros: quod morbi genus esset; vnde opisthionici dicti; nec repertus est qui fateretur se vsq̄ iā legisse. verū cum id nomen plinius sepius ex primat; vno dūtaxat loco hoc ait Opisthion dolorem esse inflexibilem. Policianus tamen non satis accurate plinium inspexit cū ei dolori remedium li. xxi. ca. xxi. scripserit.

Ophthalmos a grecis oculus dicitur; quo in cōpositiōne vsus est. vt ophthalmia egritudo oculi est. et triophthalmus; lapis qui tres simul oculos exprimit. de quo lapide plinius agit li. xxxvii. Adophthalmie passionem dat remedia multa

Ophites genus marmoris maculas habēs serpentinas. Siluaticus de quo pli. li. xxxvii.

Opido valde. Nonius. Opido vero vel statim significāt. plaut⁹ red didi omne aurum opido Seruius in ar.

Opidum dictum q̄ homines opes suas illic conferant. festus pompeius opidum; q̄ opem prebet. festus. Item ab opi dictū. quia quod opus est ad vitam gerendam habeāt tuta oppida. Varro.

Ora sine aspiratione; ad propositum regio est; cū aspiratione pars diei vicesima quarta.

Orbita vestigiū rote terre impressum. dicitur ab orbe et rota. pero. super mare. pli. li. xxix. ca. liii. Terra inquit ex orbita. & alibi ferunt non transire orbitam; scilicet a mure araneo.

Orestes vir fuit agamenonis & clitennestre filius. Cui socius fuit fi-
dus piades, oui. Sēper habe piladem aliquē qui curet orestē. Dicitur
orestes ab oros grece q̄ est mons latine. Is enim montis instar ma-
gnus erat. Nam pli, li, vii, dicit ca, xvi, septē cubitoꝝ fuisse. Cubit⁹
autē geometrica ratione pedem & semis continet

Orexim, appetitum Siluaticus significare dicit superfluum q̄ cani-
nus dicitur. Sic em̄ grece designari. Iuue. vero pro vomitione. Ait
em̄ hinc furgit orexis, hinc stomacho bilis, vide bolismus

Orix fera est cuius pili ad caput vertuntur cum tamen brutorū ce-
terorum a capite ad posteriora procedat. De ea scribit deuterono-
mi, xiiii, declinatur. orix origis, de quo pli, li, viii, ca, liii.

Orptomia egritudo quam patientes difficulter spirant recti tamē
stantesq; spirant, ait hermolaus. Est autem species asmatis, ait Sil-
uaticus, orptonoici dñr. Hermolaus autem in castigationibus pli-
nianis scribere vult Orptonoici. Causat autem anhelitus difficul-
tateꝝ, de quo pli, li, xxxii, ca, iiii. Et li, xx, ca, xiiii.

Orptonoici, vide orptomia & suspiriosi
Orithia ventus est nominatus, ait Nonius. Ab Erithei regis filia
eius nominis que rapta fuit a ventis, flat autem ab auentu auium.

Hermolaus corrigit orinthiam quia auis nominatur a grecis orin-
thas, de quo pli, lib, ii, ca, xlix.

Ortigia insula est in egeo mari que a grecis vocatur delos dicta or-
tigia ait Solinus, quia in ea primū vife sunt coturnices. Eas siqui-
dem greci ortigias vocant, vide ortigometra.

Ortigometra est coturnix que gregem ducit et est ceteris prestan-
tior. Eam autem terris appropinquantem accipiter rapit. Quibus
consonat pli, li, x, ca, xxiii, vide ortigia

Osiris filius iouis. Ex niobe phoronei filia: qui egyptios suo sub-
misit imperio. Isidem autem ymachi filiam que prius yo diceba-
tur: sibi matrimonio iunxit Cuius monitis osiris. Et litteras rudes
eius loci homines & alia ad humanum vsu mytilia docuit. Ex quo
diuos honores est adeptus. De quo tibulus poeta, Primus aratra
manus solerti fecit osiris Pomaq; nō notis legit ab arboribus. Tā-
dem a typhone fratre occulte occisus; & ab vxore iside diu quesit⁹
tus; cum non inuenirentur eius membra in fletus quotidie prorū-
pebat. Ait Seruius sexto eneidos. Inuentum deinde cadauer studu-
it in loco sepelire tutissimo ac difficillimi transitus: scilicet in insu-
la abathon: que inaccessible interpretatur. Quia est in palude li-
mosa & papiris vndiq; implicita. paludem illam greci stygiam vo-
cant latine merorem. Si quis autem ea palude deperisset; centum

annis reperiri non posset. virgilius approbat sexto eneidos. Censum errant annos volutantq; littora circum. Sed cum deinde ibi cepisset apparere bos niueus: crediderunt egyptii osirim esse atq; vt deum adorarunt. Et commutato nomine apim dixerunt. bos enim egyptia lingua apis dicitur de quo tibulus. Te canit atq; suum pubes miratur osirim. barbara memphitem plangere docta bouem. pli. de eo multa. li. viii. ca. xli. vi.

Ossifragus avis est dicta vt ait isidorus. quia ossa ab alto dimittens ea frangit. Similis est aquile vt apparet ex plinio li. x. capitulo. iiii. De eius medicina tradit li. xxx. ca. iiii.

Ostentum quicquid contra naturam est. duo sunt ostentorum genera. vnum quotiens contra naturam quid nascitur vt cum duobus capitibus sex aut septem digitis. Alterum quod prodigiosum est. Labeo de ostentis prodigijs. habes li. ii. ca. lviii.

Otia hipementa sunt que absq; maris concubitu femine pariunt. de quibus li. x. ca. lx. de ouis iteque eodem li. ca. liii. liiii. lv. & li. xxix. c. iiii. Oxirema vel oxiremia est eructatio acetosa. Gabriel in gerentocomia ad innocentium papam octauum.

Oximel confectus humor ex melle & aceto vt satis patet lib. xiiii. ca. xvii. vide Mellieratum

Oxitehenon iuncus marinus cuius plura sunt genera. math. Siluaticus. de quo pli. li. xxi.

Oxistoe non iuncus marinus. de quo pli. lib. xxi. Alius iuncus qui dicitur melachius id est fuscus Cuius vsus ad nassas. vide nassa. Aliud triangulum quod cypenem Tor. de quo pli. li. xxi

Ozena odor fedus est siue vlcus circa nares pluresve cruste. Cornelius celsus. de quo pli. li. ix. ca. xxx.

De Littera

P

Pager piscis quem galli brochetum aut luciū vocant. de quo pli. li. bro. xxxii. capitulo. vi.

Paganus a pago dicitur. festus. pagi autem dicti a fontibus quod eadem aqua verteretur. Aque enim lingua dorica page appellantur. Torte. dicit quod pagus est villa. Nam villa iuxta fontem pagus dicitur. In de paganus villanus a villa. pli. scripsit. lege pagna mulieres & ce. li. xxviii. ca. ii. persius initio Satyre scripsit Semipaganus

Palma multa significat versus contenta palma manus. palma est arbor victoria palma. pli. vtitur pro arbore. palmes ramus est maxime vilis vel sarmentum. Seruius in georg.

Palmetum locus palmis confitus

Palmes ramus vitis in quo pedetvua. A maleolo differens. Est enim maleolus ramus siue sarmentum a vite diuisum. de quo pli. li. xviii.

Pala & palaca locus anuli latior in quo reponitur gemma. Cicero in offic. de quo pli. li. xxxiii. ca. iiii. & lib. xxxiiii. ca. xiiii.

Palinus duplex est minor est digitorū quattuor palestes grece ductus. Maior digitorū duodeci ait vitamius. Est eni nomen mēsure.

Palmarium palma dignum. donatus Terentius in eunucho id vero est quod michi puto palmarium.

Palantes vagantes. fusi. Cicero in veteri rethorica. Homines inicio palantes deinde per eloquentiam in vrbibus congregati.

Palearia pelles ex gutture boum pendentes Seruius. virgilius. iiii. georg. Crurum tenus a mento palearia pendent.

palumbus palūbos iuenitur in macrobio lib. de saturnalibus. Sed virgilius in femino scripsit & declinatione tertia in buccoli. rauce tua cura palumbes Columbe sunt siluarum.

pampinus pampini sunt teneri fuculi foliosi absq; vuarum fructu Qui auferendi sunt nisi sit opus protectione vuarum ab ardore solis.

Columela. ysidorus aliter Sunt inquit pampini folia quorum subsidio vae a frigore & solis ardore defenduntur. pampinare sup suos pāpinos teneros refecare qui nō sūt ad ea subsidia necessaria

Columela. de quo pli. lib. xvii. ca. xxi. Pampinus folium vitis Seruius in georg. pli. li. xiiii. multis locis.

Pampinariū congeries pampinorū virentium nō locus in quo nascunt pāpini. Seruius aliter dicere videt pli. lib. xiiii. Palmes inquit qui e duro exit; materiāq; in pximū annū promittit. pāpinariū vocatur. Lauren. dicit q; in hoc palmite multi pāpini sunt.

Panaces herba ē fragratis odoris ex qua fluit succus q; oppopenax dicitur cuius virtutē ei culapius inuenisse tradit. A greco verbo dicitur quod sonat oēm molestiā pellere: quo noīe oīm morborū remedia promittit; vt apparet ex plinio lib. xxvi. ca. xi. & xii. & alibi. Aliqui scribunt panax.

Panaricium apostema est paruum acutum & dolorosum circa vngulas digitorum. Mat. Siluaticus.

Panicum quodam annone siue grani genus pli. lib. xviii. Millū et panicum nisi in stercoratione & cetera.

Panus pani tumor inguinū. No. marc. dicitur quia is tumor est ad figurā panis ait her. de quo pli. lib. xx. ca. xiiii. panos discutit cū pice detrahitq; corporis aculeos. scilicet nasturciū Scribitur per. N

Pargma ludus est. descēdit enī a verbo greco quod idem est quod ludo Perot. Quo vtitur pli. li. xxxiii.

Papauer herba superius capita semine plena quod duplex est pli. de eo li. xviii. & alijs multis locis & lib. xx. ca. xviii.

Papauer herba superius capita semine plena quod duplex est pli. de eo li. xviii. & alijs multis locis & lib. xx. ca. xviii.

Papauer herba superius capita semine plena quod duplex est pli. de eo li. xviii. & alijs multis locis & lib. xx. ca. xviii.

Papiri pro charta in qua scribitur inuentio & formatio, plinius lib. xiii. ca. xii. & xiii.

Papirus genus est iunci. Quidam enim sunt tam magni & ex eis fiant naues vt in ysaya. Mittit in mare legatos in vasis papiriis. i. nauibus. patet etiã ex pli. lib. vi. ca. xxii. Ex quibusdã autẽ fit charta in qua scribimus que inde nomẽ traxit. De vtroq; loqui videtur lucanus in. iiii. li. Conscribitur bibula memphitis Cymba papiro. pli. lib. vi. ca. xxxiii. dicit pro re singulari gigni papirũ in insulis fortunatis & li. xiii. ca. xii. vide scriptorũ materiã in littera **S**

Parotide hermolaus dicit & sũt collectiones sub auribus. Para eni grece apud significat. Et ora aures ex quibus nomen componitur. Cornelius celsus dicit lib. vi. & passiones sunt in gingiues pli. lib. xxii. ca. xiii. dicit vrticam parotidis mederi. pli. autem lib. xxv. ca. iiii. vbi agit de eleboro. Capras purgari pasto eleboro. datoq; lacte earum sanasse parocidas furẽtes. Beroaldus vult corrigere p̄tidas: dicit eni eas fuisse preti filias que a furia sunt eo potu sanate

Parnasus mons thessalie altissimus. de quo secũdo methamorpho: ovidius mons ibi verticibus petit arduus astra duobus nomine parnasus. superatq; cacumine nubes. de quo pli. multis locis.

Partus facilis efficitur libro. xx. ca. xxi.

Paralipsis dissolutio membrorum & laxatio constanti. Cornelius celsus li. iiii. paralipsis grece resolutio neruorum latine interdum tota corpora interdum partes infeltat.

Paraleli sunt linee vel circuli omni parte eque distantes. Euclides in geometria. & aristoteles in libro metheororum.

Paraxange viarum mensura apud persas. festus

Parthemon grece mercurialis latine de quo lib. xxv. ca. iiii.

Parere aliqua dicuntur que etiam non concipiunt. Nonius virgi. lib. xi. Egregias aĩas que sanguine nobis hãc patriã peperere suo.

Parius lapis candidus dictus quia in paro nascitur insula. virgili? niueamq; paron Acron in horatio.

Passum frequentis yuis tribuitur a philosophis dicitur autem quia patitur a sole vel calore pli. lib. **Quin & patientia** nomen

acinis datur passis vide acinus vide yua passa.

Pastinaca radix comestibilis napo longior dicitur a pasco pascis ysaac de dietis.

Passum quod sole calefactum & aliquantulum siccatum vt yue dicuntur passe. Dicitur etiam vinum passum quod fit ex yuis passis. de quibus lib. xiiii. ca. xxi. & alibi.

Passus liquoris quod ex yua passa exprimit. Noni? virg. ii. georg:

nec passo scythia vtilior. Passum disperfum dissolutum Terentius in phormidus pes capillus passus vita horrida. passiones pro morbis dici reprobatur hermolauus dicens veteres ante plinium hac non fuisse vsos significatione. qua tamen vtitur pli. lib. xx. in mensione Staphilim q̄ ilitus passionibus mulierum prodest.

Pastulus relinquendo puerile acceptionem que non est ad propositum aliquid est superpositum corpori admodum cataplasmatibus ait perottus. Differunt tamen pastulus et emplastrum Emplastrum enim est suppositio rei humide ac mollis. pastulus aridus est medicamentus quod aliquo eget humore misceri greci trochicum vocant quod nomen iusu est medicorum pli. lib. xx. ca. xiiii. & xviii. & alibi vide malagmata. Patolus fituuius in mysia auri rameta ferens. ait pius in descriptione alic. de quo pli. lib. xxxiii. ca. iiii. vide Ramenta Dicit tamen ipse pius q̄ nunc auri vena defecit.

Patina vas est latum & apertum condiendis aut coquendis obsonis aptum. perottus. de quo pli. li. xxxv. & li. xix. ca. v.

Pecudes non solum animalia quadrupedia sunt. sed animalia omnia. Nonius marcellus. virg. iiii. georg. de apibus & pecudibus custodia solers.

Pecus pecudes non solum oues & boues: sed etiam animalia reliqua. virg. iiii. georg. ignauum fucos pecus a presepibus arcet. Nonius

Est enim pecus animal quod sub hominis imperio pabulum terre partiscitur ut bos caballus asinus mulus hinulus Camelus. virgi. Capri genitque pecus nullo custode per herbam

Pectorales medicine lib. xx. ca. xvi.

Pedamentum adminiculum est arborum quo sustentantur. ait perot. non solum viciuum pli. li. xvii. ca. xx. de Esculo

Pediculum capere pro vermiculo ex humane cutis putredine nato non est ad propositum. sed pro cauda qua fructus arboris pendet ut videbis multis locis lib. xv. ca. xvii.

Peloris peloridis piscis est marcialis Tu lucra voras me pascit aquosa peloris. Est autem concha de quo. plini. lib. xxxii. ca. vii.

Peniculus cooperimentum est. penulam pro oieo quo tegit capit. perot. penula etiam dicitur a pene quod proprie caudam significat propter quod pendenda viri honestiore vocabulo penam a caude similitudine vocantur ait perot. Cui consonat pli. li. xvi. ca. xxxvii. loquens de calamis aquilicis

peniculo crassiore coma pro plumis strata. lecti replentur videtur enim virga virilis cannarum summitati similis lanugine tecta. penula etiam alia significat. sed non ad naturale propositum.

peniculum instrumentum quo pictores pingunt quia fiunt ex candidatum extremitatibus de quo pli. lib. xxxv.

Peplion est id quod portulaca que sponte prouenit pli. lib. xx. ca. xx. vide portulaca.

Pergula baculus est ligneus quo res aliqua sustentatur aut suspenditur quod perica dici solet vt ad sustentandū vitē pli. li. xvii. c. xxiiii. Et lib. xxxv. ca. ix. A pelles picturā suam pponebat in pergula transeuntibus: ac ipse latens vicia q̄ notarentur auscultabat.

Penula vide peniculus.

Perna perne coxe sunt tam priores q̄ posteriores perot. super marcialem. pli. li. viii. ca. lix. de hoc.

Permones pedum passiones ex nimio frigore ait perot. qđ vulgus galicion mulas vocat calces magis infestās. Cui pli. dicit. Rapū domesticū feruēs pdesse. lib. quoq; xxii. ca. xiii. pmonibus cum oleo dicit vrticam valere. de quo lib. xxvi. ca. xi. & xii.

pernicitas velocitas est.

perpēdiculū perpēdicularis linea est q̄ recte cadit sup rectā q̄ a geometris dī fortissima pli. li. xxxv. ca. xiii. Latericii parietes sunt eterni si ad ppendiculū fiant. Asconi^o. pedē dicit ppendiculū linea est laterum equalitatem a summo ad imum latitudinē p̄bans. Nonius marcellus dicit perpendiculi sunt norme.

pes gallinaceus planta quā diascor. vocat daspiū dicitur a quibusdam pellicaria. quā pli. capuos appellat Mat. siluaticus.

peregrinus qui aliūde aduenit. Cicero de officiis. peregrini officiū est. minime de aliena republica sollicitum esse pli. libro. x. ca. xxiii. agit de peregrinis aibus.

perluuigi infici humectari. pli. lib. xv. ca. xvii. aqua dulci plui. verbum luo luis alia multa significat non ad ppositum.

pensilis vua q̄ pēdeat in aere. lauren. Eas laudat. pli.

Periplemonia. Calidū ex calido reumate apostema pulmonis. mat rheus Siluaticus.

Pes coruinus dyasc. frutex est farmētofa duabus palmis ascendēs folia habet herpilo similia: florem prassio.

Pēcedanū grece latine cauda porcina: herba capillos hñs herētea pper radices Stipites similes plante maratri. nascit in mōtibz vñ brosis Serap. de quo pli. lib. xxv. ca. viii. in fine & libro. xxvi. ca. v. et ca. xiiii. & lib. xxxv. ca. iiii.

Peplion portulaca agrestis Siluaticus. de quo pli. lib. xx. ca. xx.

Perpetuū diuñnū longū Ser. vir. ppetua soluēt etiā formidie terras periodus circulus vel ambitus cōprehensio circūscriptio vel cōtinuatio nonnunq̄ anfractus & terminus Tortelius.

Periū aduerbiū similitudinis Ser. in arte Laureñ. dicit q̄ regit post

activel atq; si, significat etiã ita. Suetonius de vita galbe aduētus eius non perinde gratus fuit id est non ita.

Periculū id est experimētū Teren. periculū fieri in filia dicit a peri or verbo antiquo vñ venit perit^o. Periculū facere tēptare. donatus Pessi feminarū sunt medicamēta que in molli lana naturalibus ea rum immittuntur. medici moderni pessaria appellant.

Pentaphilō grece; quinq;foliū latine herba ē hñs quiq; folia. de qua pli. li. xxv. et lib. xxvi. ca. v. Nō habemus autē eā quā plinius describit. Dicit enim penthafilon fraga id est fragis similes fruct^o ferre quod non est in herba nostra.

Pelicinum morbus est frugū. vide vocabulum. morbus.

Peonia Serap. dicit esse arborē que duplex est mas et femina. Mas habet folia similia foliis nucis. femina habet i summitate ramorū grana rubeavt sanguis siliā granis granati. et cū illis semina nigra Calefacit parum deficcet fortiter. de quo plinius libro xxv.

Petrocelinū. Tortelius dicit petrosūm apiū a petra; quia inter pe tras ortum melius est. Consonat isido. quia Silenon grece apiū dis citur latine. plinius assignat eius multas species lib. ix.

Petoris is mathematicus fuit. de quo iuuenalis Aptior hora cibo nā si quā dederit petoris is. de quo plinius libro ii. et septimo.

Pezice fungorū species qui sine radice nascunt. de quo pli. lib. xix.

Pensile leue pēfile etiam quod ipēdulo ē. perorus. pli. lib. xiiii. ca. i durant vne per hiemē. pensili concamerate. modo de horto pensili agit lib. xxxv. capitulo xiiii.

Periclymenos vide splemon.

Peristeron est idem quod verbena vel hierobotanum. vide vtrūq;

Phalanx secundū Seruiū. Super xi. eneidos legio dicitur. virgilius

Agamenonieq; phalāges Seruius magis specificat dicēs viii. enei. quod est pprie exercitus ambulans Si aliter dicat abusive est. Phalangas fluvium capere dicit. Tortelius pro fustibus lib. vii. dicēs p lium affri contra egiptios facere fustibus quos vocant phalangas.

Concordat Noni. marcel.

Phalangia egritudo est ex nimio calore mēbri ad quam dicit vales re. pli. vini fecem. libro xxiii. ca. iii.

Phalāgus vel phalāgiū. Marcilius ficinus q; sit aīal ictu aut morsu eam insuligens egritudinem quod aīal dicit esse in apulta ictuq; vel occulto spiritu; animū repētino stupore pmutare hec ficinus li. iiii. vbi agit de vi imaginū. de phalangia iterum ficinus vbi agit de vi que est in cantu Qz tacti ab eo animali iacēt donec cer tum quisq; suū audiat. Audiens autem saltat et conualescit.

Phalāga, vide phalāx, her. di. q̄ phalāge sūt gen^o mēsure & pōdes.
Phadegena vlceratio est vsq; ad ossa penetrans cum sanie & odore
fedo mortem afferens, ait hermol.

Phalernū in neutro iuenit: & phalernus in masculio vtrinq; capiē
p̄ vino forti. Teste Tibulo poeta, Nō michi fumos veteres affer
te phalernos, de quo pli. li. xiiii. phalernus etiam mons est campa
n ie illo vino abundans

Phago grece māduco latie. Et phagos grece edax, phagoledoros
turpiter edēs, hiero, sup ezeq. Vereor ne eueniat qđ grece significā
tius dī phagoledori, inde venit phagus arbor ab eo qđ ē comedere
dicitur. Et phucus musca api similis que mel comedit, vide Fucua
de fago habes li. xvi. ca. vii.

Phalāgus est aranei gen^o, vide phalāgia, de quo pli. li. vii. c. xxvii
Pharmacū grece medicina est laxatiua apud oēs medicos. Est autē
dictio greca q̄ venenū latine dī qđ ex caio iuriscōsulto agnoscem^o
Inquit em̄ qui venenū dat edicere debet, vtrū malū an bonū. Nā &
medicamētavenena sunt; quia eo noie oē qđ cōtinet qđ adhibita
naturā eius cui addit mutat. Apud equidē illos tā medicamenta q̄
nocēt hoc noie cōtinent, virg. Eglōga antepenultima has herbas
atq; hec pōto michi lectavenena, Ipse dedit meus, his em̄ venenis
amantē ad se allicere cōtēdebat, pli. quoq; li. xiiii. ca. xxii. Irritamē
ta excogitantur & bibendi causa venena conficiuntur

Phoenicia pars siriē iudee finitima, phoenices eius regionis ppli.
Terra est fertilissima, pli. li. xvii. Ab ea regione fuit dido, quā phe
nicem, vir. i. appellat. Seruius, Strabo dicit q̄ phoenices sunt his
spanie & affricē mediū potest esse nominis equiuocatio.

Phlegma, vide fleuma

Phlegmon tumor, Tortelius:

Phisis a grecis natura dicitur, phisicus autem naturalis

Phisonomia nature rglā, vt astronomia rla de astris siue disciplina.

Phidias fuit statuari^o clarissim^o de quo pli. multis li. xxxiii. & xxxvi

Philos grece amicus latine, Inde philotimus preciosus amicus

Philozophia amor sapiētie verbo p̄dicto philotimus, pli. vtiē, livii

phīma phimatis, Cornelius celsus li. v. dicit furmiculo simile est;

sed rotundius & planius. Sepe etiam maius

philtera veneni mali species est amorem ingerentis atq; frequenti

us infantiam, Ouidius libro de arte amandi, philtera nocent animo

vimq; furoris habent, Iuuenalis quoq; philtera quibus valeat men

tem vexare mariti, Tradit plinius virum poculo amatorio peperit

se libro, xxy. ca. iiii.

63
philomiū a grecis philtene dicunt et sunt triū spērum ait hermola
us pli. vocat eruptiones pituite, vide pituita.

phisonomia iudicabat appelles philozophus & pictor eximius ho
minum mores aut cōiectabatur libro xxxv. ca. ix.

phingites lapis preciosus duricia marmoreus cādīdus atq; trāslus
cens. ait isidorus. de quo pli. libro lmo.

phrenesis phreneticus. vide litargia.

phrinitim est idem quod phrenesis.

phigetron Cornelius celsus dicit tumor nō altus latus in quo alia
quid est simile pustulis.

phoca piscis ē qui vitulus marinus nō inatur in terra perit spirat &
dormit qđ testat virgi. in georgi. Sternūt se sōno diuerso in littore

phoce. de quo pli. li. ix, et li. ii. ca. vii. dicit cōtra fulmen et tonitrua
valere si tabernacula pellibus beluarum tegantur quos vitules ma
rinos appellant; quia hoc solū animal ex marinis nō percutiat alia

q; eo loco assignat aduersus fulmina.

phlomo grece latine verbaston ait pandulphus. vide verbaston.

phisetres quasi flatores ait hermolaus legendū tamē potius dicit
phiseteres. de hoc pli. li. xxxii. ca. vii.

phucus volatile est maius ape strabone minus dī quasi phag^a a co
mestione. Apū enī labores depascit nec mellificat. virg. georg. Im
munisq; sedēs aliena ad pabula phucus. de quo pli. li. xi. ca. xi. Et

etiam phucus color adulterinus pli. enim agit de phucantibus fa
ciem. vide adulterare.

Pinguitudo Serui^o dicit qđ nec pinguitudo nec pīguedo noīa sunt
latina. Sed varro nulli latinorū postponē^o (Quippe qđ de origine

lingue latine probatū a doctis oibus opus) ait Sus pre pinguedine
carnis surgere nō posset. pli. aut qđ latinā linguā locupletauit. li. xi.

ait. in corde summa pinguitudo est quedā letis extis. Item dicit in
plerisq; animalibus est pinguedo sine sensu.

Piatū purgatū nudatū a verbo piare qđ ē mūd are purgare. pli. li. ii.
vbi de cōctis. vir. vi. enei. duc nigras pecudes ea pria piacta siniso

Piaculum a pietate dicitur qui proprie est diuinus cultus; aliqñ ta
men capitur pro contaminarum pollutū vt sacrum aliqñ ponitur
pro execrabili. Virgilius. Auri sacra fames Sic pli. lib. xxv. ca. viii.

Domus in qua fata est betonica existime^t tuta a piaculis omnibus;

piceleon oleū quod fit de pice arbore qđ picē distilat. pli. li. xxv. c. iiii

picus auis vncoruz vnguūm ac rostro durissimo quo arbores cauat
de quo mirabile recitat pli. libro x. ca. xviii.

pilula a rotunditate dicta quasi parua pila Siluaticus.

Pina apud grecos piscis est in quo margarite generantur. Interdū capitur pro ipsa margarita, Siluat.

Piscina locus in quo seruantur pisces pli. li. x. ca. lxxvii. In piscinis cesaris gna pisciū ad nomē ventre. Ideo false piscinā p cōt rariū qa piscibus careat multi puerſa grāmatorū interpretatione credunt.

Piscatorum rhetia lupi frangunt li. x. ca. viii.

Piscium facilis captura. li. xxv. ca. viii.

Pisciculum nauem sistere maxima m. li. xxxiiii. ca. i.

Piscis cui no nē torpedo fortissimi viri currētis pedes sistit. libro xxxii. capitulo. i.

Pisces auditum habere. li. x. ca. lxx.

Pinaster pinus est siluestris. de quo pli. li. xv. & xvi.

Picea arbor ē pino silis q picis copiā sudat. inqt Iſi. de q pli. li. xvi

Picare a pica dī. ait herm. quia hec auis multa solet appetere more prenātū. Sed vidēt potius a pice dici & p̄inet ad vaſa uinaria q̄ p̄ cata a pli. dicuntur. vt vinū melius seruetur li. xiiii. ca. xx.

Pigas vocant morbos natibus agnatos pius in asie descriptione.

Piralis non videtur verum quod dicit perotus p̄funde doctrine vir q̄ sityermis in igne uiuēs. Cū notū sit auē esse ex pli. li. x. ca. lxxiiii

Pigmei hoīes cubitalis magnitudinis. de quo Iuue. Pigmeus pius currit bellator in armis. Mox impa hostis raptusq; p̄ aera turnis. A seua fertur grue. de quo pli. li. vii. ca. ii.

Piramis a pir grece ignis latine structura est in seruis lata paulatim gracilescens sic dicta a figura ignis quia superius vt ignis acuitur fuerunt in egipto piramides ex quadratis lapidibus admirando vltra omnem excelsitatem fatigate que manu fieri posset. ait Soli linus. Sub illis vero reges sepulti sunt. Lucanus lib. ix. Non michi piramidū tumulis euulsus amasis. Diodorus. ii. historie li. inter nilum & libiam in egipto esse piramidem artificio & operis magnitudine mirabilem que stuporem aspicientibus affert annis vigin̄ti ab hominibus trecentis & .lx. milibus fabricatam. de quo multa pli. li. xxxvi. ca. xii.

Piramus adolescens erat qui job t̄sbe perditum amorem se necauit de quo ovidius. iiii. methamor.

Pirata nomen fuit latronis proprium qui latrocinis mare primus infestauit. A cuius nomine sequaces appellati. Torteli. de his pli. ni. li. ii. ca. xlvi. & .xlix. & alus locis

Piretruz herba medicinalis cuius radix calida & sicca in tertio gradu. Dioscorides. dicta a pit quod est ignis quia i. neā habet virtutē

Piralis volatilis est siue musca ex eratis. fornacibus nata. perotus.

de qua pli. li. xl.

Piralis volatile est musca maius in fornacibus cupri nata aut in eis volitans in igne uiuens. de quo pli. li. xi.

Pirgoteles insignis gemmarum. de quo pli. li. iiii. & xxxvii.

Pireneus mōs hispanie a crebris fulminibus. a thirreno mari in borealem oceanum protenditur quod tamē aliquantum vergit ad occidentalem. fuit etiam proprium viri nomen vt patet ex ouid. li. v.

Pistacia arbor est dicta quia eius cortex nardi pistici habet odorem & sidosus. de qua pli. li. xv.

Pireneus a pir quod est ignis dicitur mons in hispania a crebris ignibus & fulminibus nominatus. Diuidit autem hispanias a galliis. de his plinius

Piraybi mortua corpora cremabantur: vt patet in virgilio quarto eneidos. de pira mentio fit pli. xxv. ca. v. scdm̄ correctionem herm. cum tamen textus impressi pirum habeant

Pirrus duo eius nominis famosi fuerunt primus achilis filius dictus quod capillos flauos haberet siue subruffos. Pirro enim greci dicunt quod latini flauum. Seruius. Alter pirrus eacidis filius. Epirotarū rex hic multis preliis cum romanorum ducibus. cōfluxit de hoc seculo. pli. li. xxxvii. ca. i. & li. vii. ca. ii. vide Lien

Pirgoteles eximius gemmarum sculptor. de quo pli. li. xxxvii. Pirritides lapis qui marcastita dicitur. diascorides. pli. li. xxxvii. dicit piritem. Et intelligit durum lapidem qui re aliqua durissima excutit ignem.

Pipinella herba saxifrage similis harum duarū differētia habet ex versu medicorum. pipinella pillos saxifraga non habet vllos.

Pituitam peruersa grammaticorum restrictio putat solum passionem significare que caput aggrauat gallinarum. pli. autē semper eo nomine pro fleumate vtitur & Cornelius celsus. Marcellus ficinus. dicit pituitam latine significare id quod greci dicunt fleuma.

Pistris cum x. piscis est cum s. nauis. ait Seruius. iiii. enei. priscia autē. autē vult apud grecos semper in s. terminari. Nam vbi agit de s. consonante dicit. sepe s. a nostris in x. commutari. vt aias pro aiās pistris pro pistris. pli. autē capit solum pro pisce. li. xxvi.

Pisto mulier fuit eloquentissima quā horatius suadem. Ci. leporem. Ennius suadem fabius persuadendi deam vocauit herm. vult corrigere pitho. de quo pli. li. xxxiiii. ca. vii.

Piscinarii qui piscinas piscibus refertas habuerunt vt lucul° & hortentius. Macrobius

Pithacus misihileneus vnus de septem sapientibus. Laecius

Planetas greci stellas appellant easq; a latinis stelle dicuntur erra-
tice ait iulius firmicius lib. mathaseos.

plastice fictoria vel figularia, diriuat enī a verbo greco quo est fin-
gere Tarquini prisci romanorū regis tpe iouis effigies in capitolio
fictilis posita est. Quod explisit iuuenal. Argēti quod erat solis ful-
gebat in armis fictilis & nullo violatus iuppiter auro, de fictilibus
pli, lib. xxxv.

plinius vixit tpe neronis vt patet lib. xxx, ca. li.

plantaginis medicine lib. xxvi, ca. vii.

plumbi natura & vsus habetur lib. xxxiiii, ca. xvii, & xviii.

placa place quid significet habes in vocabulo Strigil.

plaga spaciu terre amplissimū & est ager latissimus siue Ora, No.
Est etiā amplissimū celi vel aeris spacium virgi, i. eneidos, Etherea
quos lapsa plaga iouis Ales ab alto Sunt etiā vulnera et partes le-
cti sed parum ad propositum.

planete ab errore dicti sunt. Nam qñq; versus austrum qñq; versus
meridiem mouētur. Aulus gelius virg. lib. iiii. Cylenius erret in or-
bes, de mercurio planeta loquitur, de quibus pli, lib. ii.

platanus arbor quia patula est & ampla a platos grece quod est am-
plū nasci iuxta aquas que oīa scriptura clare exprimit, Quasi pla-
tanus dilata sum iuxta aquas in plateis, de qua pli, lib. xvi.

pleuresis apostema lacertorum seu panniculorum interiorū iuxta
costas Constantinus.

plantago est herba duplex maior & minor vocatur arnoglossa her-
ba vulgaris est cuius virtutes medicinales lib. xxvi, ca. vii.

plantarius nō locus plātārū dī sed ipse plante etiā si euulse aut nō
cōsue sint, lauren, Seruius tñ dicit q; plātaria sunt plāte ex semini-
bus nate que cū radicibus in aliā terrā transferunt Concordia pōt
inter eos quia hic plantaria; ille plantarius scripsit;

platea vide angiportus.

placenta panis ex rebus variis mixtus' vel qđ in panis formā com-
positum est, de quo pli, inter medicinas

plectoria humorū repletio ē Corpus plectoriciū repletū dī, mat. Sil.
Pleīades stipule fuerūt atq; athlētis filie vocate a pleione eaz; ma-
tre, Eas iuppiter fingit a poetis i astra mutasse Tortel, He ab astro-
logis, i signo thauri assignāt Oririq; vidētur i vere circa vicesimā
marcii die, virgilie autem a latinis dicūtur lucēt in kalēdis iuni nō
multo plus quita hora, dein ampli⁹ succedere tpe vsq; ad septēbrē
et octobrē qbus mēsibus horis duodeci lucēt vsq; ad finē ianuarii
quo tpe abscondunt. Nicholaus oresme decanus rothomagēsis sup

pollitice dicit esse astrorum aggregationē quas pastores galinam pullinariam appellāt:dicit quoq; per eas agnosci futurā fertilitatē aut sterilitatem.de quo plinius libro xviii,ca,xxix,ad longum: Pneumatica id ē spiritalia ait hermolaus pli. li,xix,ca,iiii. Eputer inquit perticis pneumaticisq; orga nis dicit etiam in musica ratio pneumatica.

Pogoma Cometa barbatus a barba dicitur,de quo pli,libro ii, Portulaca de ea pli,agit li,xx,ca,xx,Est herba frigida et humida in tertio gradu inquit diafcor,foliis strictis pissis succo plenis alio nomine dicitur peplion.

Pomata vbi poma nascuntur, Pomaria vbi poma seruantur,Ser,in georg,Aliqui scribūt pomeria,Liuius capit in alia significatione q̄ non est ad propositum, Podagre remedia,libro xxvi,ca,xi.

Populi arboris medicine libro xxiiii,ca,v, Poliū herba aromatica cōis ē in mōtibus autē nascēs,Diafcorides Polipodiū nascitur ait diafcorides ī parietibus humectis& circa radices arborū vetustarū Medicina est laxatiua paruis radicib' sifis.

Politricon vide Adiantos, Policletus statuarius sui tēporis precipuus,de quo pli,lib, xxxiiii, Polocrates fuit samy rex qui vt ait valerius ita fortunevsus ē obsequio q̄ oīa succedebāt ad voluntatē.Ne igif malū aliquod magnū ei fortuna ex tanta p̄speritate referuaret gēmam preciosam in mare iecit.de quo pli, libro xxxvii,capitulo primo.

Polygon ait Siluaticus cōpositū nomē ex poli quod ē plura,et yon quod ē viola herba laudata est,de qua pli,libro xxi,

Polipus nō solū p̄ grosso fedo q; humore ex narib' cadēt: sed potius ait Cornelius celsus li,vii, feda caro ī naribus nata q̄ ferro curāda est acuto, piscē quoq; significat magnū qui et multiplex dī fēpie quo ad vētris mēbra similem,de puo pli libro ix,remedia in feda narium carne habes in verbo draguntea.

Poculo amatorio a femina ad alliciendum dato,pli,volumine xxv ca,iii, vide pharmacum et philtia.

Popiū inquit hermolaus habitatio ē publica ad eandem figuram concipitur odeum a cātu dictū:est etiam loci nomē vt ipse hermolāus ait,de quo pli,libro xxxv,ca,xi.

Pomorū lata ē significatio,nō enī solū quod grāmaticoz exilis re strictio vtendū nobis dedit sed et pira atq; amigdala atq; alia p̄p̄dit,pli,li,xvii,ca xxvi,de amigdalīs loquēs nec infitas circūfode te oportet priusq̄ valide ferre ceperint poma,et li,xxiii,ca,viii,de

piris loquens decoquuntur folia cum pomo ad eosdē vsus de ceras-
tis similis libro xvii. ca. xxviii. varro libro primo varro dicit poma
vocari. quia in eorū incisione potu idigēat. de re rustica Aquam ad
di quotidie vesperi et quia potu idigeret poma dici possunt.
Porphirites marmor rubrum cum cādidis punctis quod in egipto
inuenitur. de quo pli. libro xxxvi.

Portus dicitur conclusus locus quo iportantur marces. et inde ex-
portantur que superfluunt. inde angiportus. vlpianus de verb. sig
Seruius dicit q̄ portus est vbi naues hieant.

Prodigia multa lib. ii. ca. quinquagesimo octauo et aliis libris.

Pone pro iuxta. pli. libro iiii. ca. xii. pontina palus amplissima circa
volscos in italia est. de qua pli. libro iiii.

Pori prima breui significat meatus subtiles prima longa tofi sunt
ait hermolaus. vide Tophus.

Porrigo dicitur i capillo barba supercilio quotiēs iter pillos queda
quasi itamule resoluuntur ait hermolaus i plinianis castigationibus

Porrigo porriginis Cornelius celsus li. v. passio vbi iter pillos que-
dam quasi itamule surgunt interdū madent sepius sicce sunt.

Porca maxime in plurali porce rari sulci appellantur aque deriuā
de gratia ait festus dicti q̄ portant id est prohibeāt aquam nocere
frumentis. vide limi. Item vide Sulcus.

Porphirites lapis. de quo pli. libro xxxvii. Porphiris autem insula
est. de qua pli. libro tercio.

Prassium diascor. dicit esse marrubium Est autem vt dicit frutex ex
vna radice multas virgas habēs albas asperas quadras gustu cali-
das et siccas. de hoc pli. libro xx.

Praelum pars est torcularis trabs magna quavue premuntur dicitur
quia pre aliis longum. de quo pli. libro xiiii.

Precox id est prematurus per diptongum fructus pre aliis coctus.
pli. praecoces fructus ledi. lib. xviii. ca. xxix.

Prematurus ante tempus maturitatis collectus laurētius. inde pre-
mature fieri aliquid dicitur quod fit ante tempus oportunum.

Prefepia non tantū quibus intenta pabulatur sed et alia loca clau-
sa. ait nonius marcellus. virgilius primo eneidos. Ignauum sucos
pecus a prefepibus arcent.

Prefocatio vulue fit cum matrix resiliēdo afficit vitalia Si cor et ca-
rebrum vexat. vide yulua.

Prestare vtile esse Nonius Item antecellere siue precellere Salusti-
us Caril. Omnis homines qui sese student prestare ceteris animal-
bus. prestare exhibere. prestare beneficium dare Noni^o. prestare me

ius esse aut superate.

Presens propicius. virgilius. Nec tam presentes alibi cognoscere diuos, presens proximum in futuro. Virgilius primo eneidis, presentem q; viris intentant omnia mortem, inde presentaneum quo vocabulo frequenter vtitur, plinius, presentaneum inquit remedium est.

Preuentum veteres malarum rerum dici voluerunt. Lucilius libro xxvi, que adeo me accipiunt et preuentunt male Nonius.

Prela trabes sunt graues quibus vinum p̄mitur, Seruius

Pressum id est subtile, Cicero in hortensio Quis vnq̄ fuit in rebus definiendis aut explicandis pressior id est subtilior.

Pressum onustum grauatum, virgilius primo georgicorū. Ceu pre se cum iam portum tetigere carine Nonius.

Prassion grece porrus, latine Auicēna siquidem coleram prassiua dicit esse colore viridem instar viridis eris.

Proluuius immundicia, virg, xii, eneidis Fedissimavētris proluuius

Terētius in heātumer, panis obsita immunda neglecta illuue, proluuium profusio, Terentius in Adolph, Quod proluuium que hec largitas Nonius.

Promontorium mons in mari p̄minens, Laurentius.

Promissum lōgūvt p̄missum capillū barba p̄missa, festus, p̄missum pollicitum et p̄mittere polliceri Ouidius in arte amādi, promittas facito, quid enim p̄mittere ledit, pollicitus diues quilibet esse p̄t

Differunt tamen inquit Seruius p̄mittere et polliceri, quia p̄mittimus sponte, pollicemur rogati.

Promptum manifestum apertum, Ennius in sat, Eo iquit ingenio natus sum: vt amicitiam atq; inimicitiam in fronte promptā gero;

Aulus gelius.

Propagare, vide ppages.

Propages p̄genies, propagare: vt rustici cum vitē vetulam sup̄primunt: vt ex vna plures faciant, festus, de quo pli, libro xiiii.

Presegmina superfluitates vnguium que prescantur Nonius: idē significat reseggmina, vide reseggmina.

Pratum dictum quia paratum ad fructū capiendum, falce dūtaxat opus est nō alio seminādi aut arandi labore Nonius.

Prepetes aues dicunt que se ante auspicientes ferunt, prepetere si quidē est ante ire, festus, Male scribunt quidam per diptōgū: quia prepositio non diptongatur.

Presagire acute sentire vt canes sagaces qui ferarum cubilia p̄sentant. Et sagaces anus que multa sciunt, festus.

Precordia sunt pars viscerū scilicet membrana qua exta hominis separantur Sic dicta quia a corde protenditur. vide viscera & intestina. Quorum dolores leniantur li. xxx. ca. iiii. de precordiorū natura & offi. lib. xi. ca. xxxvii.

Proceritas altitudo dicitur q̄ procedat in altū. procerus long⁹ formosus. pli. li. vii. ca. ii. Arbores tantum proceritatis vt sagittis superari nequeant.

Procax audus petitor importunus. plinius li. xxii. c. vi. Ne procaes manus raptant

Prodomos. i. precursores. Ait hermo. vult tñ corrigere prodomos
Propago propagas extēdere est multiplicare maxime vitis regnario. virg. ii. geog. Siluarūq; alie flexo propaginis arcu. De quo pli. libro. xvii. capitulo. xii. Et ramentum habet primam longam. cum autem breuem. progeniem significat

Proserpinaca herba de qua pli. li. xxvii. ca. xi. vide geniculata.

Procumbere non solum significat iacere in loco intimo sed etiam finire terminari ac desinere signat vt sunt latayna parte. que in alia stricta sunt vt in triangulis & mucronibus. pli. de arūdine li. xv. folia inquit ab internodio plurimū desinunt procūbuntq;.

Pronosticum signum est alicuius futuri. de pronosticis tempestatū pluuięventorū. pli. li. xviii. ca. xxxv. De pronosticis fertilitatis aut sterilitatis future lib. xviii. ca. xxxix. Vide pleiades

Psilium. Serap. dicit esse herbam in foliis & virga pilosam cui⁹ flores caninis capitibus similes que multum frigida est. pli. de hoc li. xxvi. ca. xiii. & alibi. de ipsa autem fit muscilago ad infrigidandū

Pfori species vitrioli quā aliqui p̄furiā dicunt. Ait Math. Sed corneli⁹ celsus dicit q̄ nulla est simplex medicina que p̄fori nomine tur sed mixta est ex cadimia & aceto.

Pfora pfore egritudo est de cuius medicamine. pli. lib. xxvi. multis locis

Pterrigium grece vnguis oculorū. Cornelius celsus. vii. li. Est autē pellicula que quādoq; oculi pupillā cooperit. Est etiam digitorū egritudo cum caro excrescit certam vnguem. Redimia autē idem si gnare. festus tradit. de quo pli. li. xxx. ca. iii. vide redimia

Ptisis vlcus pulmonis cū totius corporis consumptione humoris. Constañ. Cuius passionis dat pli. remedia li. xxviii. ca. x. Et li. xxx. ca. iii. vide Catarrus

Ptiriasis morbus est pedicularis. Nam greci ptira pediculum nominant. pero. sup. marc. ptiriales. qui hoc patiunt. pli. li. xxiiii. c. x
Semen tritum p̄tiriales coerchet. Si semen sileris

Ptergium egritudo in digitis Cuius Remedium dat plinius libro, xxvii, ca, iiii, dicitur a medicis Panaricium, vide Panariciū Aliqui scribunt ptergium duplicis significationis.

Ptolomais oppidum est in margine rubri maris in quo ad meridiō vmbre iaciūtur per: xlv, dies ante solsticiū & per xlv, dies post, de quo pli, lib, ii, & lib, vi,

Pubescere Pubem habere Pubes siquidez est lanugo siue pilus circa partes genitales pli, li, x, ca, xli, Pubescit homo solus quod nisi contingat sterilis gignendo est

Pubes puer qui iam generare pōt, incipit enī in viris anno, xiiii, in feminis ab anno, xii, festus Pubes cū iuuentutē significat facit puberis in genitiuo Cū lanuginem significat barbe facit pubis, Seruius in ar, virg, y, eneidos, i, pubis iuli, Cicero, iiii, inuecti, filium im puberem legatū a patre missum,

Pudet & piget differunt q̄ pudet in his est q̄ turpiter fiūt: piget in his q̄ cum dāno aut dolore Teren, in adelph, fratris quidā mei me pudet & piget, Pudet quod turpe est, piget quod dolet,

Putam ē alicuius rei recisio superfluitas pli, lib, xvii, ca, xxiiii, fabe putamina venena sunt arboribus, Sic Concharū & ouorū coptula illis fractis tanq̄ putamina piiciunt & vt supflua abiiciūtur, vt lib, ix, ca, xi, Testudinū putamina, Et li, vii, ca, ii, Cassas pigmei ouorū putaminibus construunt, vide resegmina,

Pulpā pro neruo accipere pliniū dicit hermolaus in noua correcti one libri, xvi, ca, xliiii, Quāuis in aliis duobus iueniat significatis nā marc, ficinus dicit pulpā anferis boni eē nutrimentū, & inuenit p̄ medicina laxatiua q̄ frequenter a medicis colloquintide iungitur,

Pulicū Remedia lib, xxx, ca, iiii, & li, xxxiii, ca, viii, & li, xx, ca, xiiii,

Pueri ne in lecto mingant li, xxx, ca, v,

Putei inuentendi signum li, xxxi, ca, iiii,

Pulpa her, dicit capi a plinio p̄ neruo, Theophrastus dicit iter pulpas & venas discrimē facile, vene latiores sunt cādidiore q̄ pulpe fissilibus insunt, Alia supaddit her, vide de hoc pli, li, xvi, ca, xliiii,

Pulpa etiā iuenit cōiter pro pte carnosa, vt pulpa anferis, Pauonis

Puniceus sanguinei coloris, hora, Puniceus inuectā rosīs, Actō ho rati expositor,

Putis p̄ puro inde d̄r putare arbores, q̄ recisis ipedimentis pure maneant aurūq; putatum, i, expurgatum, Nonius,

Pueri nomē tres habet acceptiones, ynā cum omnes seruos pueros appellamus, Terentius in andria,

Puerum inde abiēs Cōueni Chremis itē cū puella cōtrarium signi

ficamus Tertio etatem puerilem. Seruius
Pumex lapis qui vrit & terit ad oculos egros lapis est cauernosus
dicitur aspuma quasi spume densatione fuit. perot. de quo pli. li. xxx
vi. ca. xix. & li. xxxiii. ca. v.

Pulmo secundum constantinum membrum est complexionem frigidum & humidum
in substantia molle ac tenerum in forma cauernosum & spogiosum mo-
uetur aut duplici motu. scilicet dilatationis & constrictionis. dilatationis. scilicet
attrahendo aerem & cordi ad refrigerium caloris eius ministrando Item cor
a superfluis fumis depurat eos a corde recipiendo & extra pellendo quod
facit per motum constrictionis de quo pli. li. xi. ca. xxxvii.

Punica vide malum punicum.

Pulegium herba aromatica. calida & sicca Quoddam regale dicitur quod ma-
gis est in usu Aliud quod dicitur agreste a multis nepita dicitur sed falso Con-
tinet etiam diptanum. Mat. Silua. de quo pli. multa lib. xx. ca. xiiii.
et miranda. vide bruma

Purpura piscis ex cuius liquore elicitor color eius nominis pli. lib. ix.
ca. xxxvi. Est autem piscis concha vestitus

Pustula parua inflatio ex collectione malorum humorum superficie
cutis. a pus id est putredo

Putare vires est earum superflua refecare. de quo sepe. li. xvii. & li. xiiii.

Pus sanies est vel quicumque humor in putredinem conuersus in purulenta
id est sanie vel corrupto humore plenum. inde putreo putres. Perot.
putor id est fetor a putere quod est fetere. de quo pli. li. xx. ca. xiiii.

Putris & hoc putre. i. putridum. putret putridum est Nonius. marc. vir.
georgi. Quadrupedante leuis putrum ferit vngula campum pli.
lib. xix. ca. viii. in putribus et calidis locis

De littera Q

Qualus. vide Calus

Quadrat consentit Translatio a lapidibus quadris qui sibi bene con-
ueniunt Seruius. ii. georgi.

Quadrifariam quadripartiter varro lib. xx. retho Que ad mortales perti-
nent quadrifariam disparcerim in loca in tempora in homines in res. nonius

Quam pro quam vel quidem Tereñ. in adelph. Quam conscientia michi supra me
culpam hanc est. pcul. Quam pro siquidem Tibi fabor ei quam hec cura remordet

Quando est aduerbium temporis cum acuto accentu profertur. Cum
profertur graui voce est coniunctio. festus.

Quatuor quateris amoueri pcuti passiuum verbum est li. ii. ca. lxxxii. pli.

Quinq; folium. vide pentaphylon.

Quicunq; profura quadam iuenit in plinio li. xiiii. ca. iiii. her. podus
etiam significat. vide Talentum paruum parte etiam significat here-
ditatis. Iuue. prima satira. vnciolam pculus habet fergilo deuncem. quod

ex iure ciuili sumit. i quo certa pōderū noīa ad portiones vsurpātur
 Quicūcialis herba ē a mēsurā dicta. sili trientalis herba ē. hermo.
 Quilibet preter vulgatā significationē. vile et obscurū aut
 sine fama significat Pli. lib. vii. Neq; enī cū quolibet hoste res fuit.
 simile est illud horatii. Non cuiusuis est hoīs Corinthum ire.

Quinquatrium pprie quinq; porticuū vel viaruū ambitus ait Pe-
 rotus vel locus publicus ad quē quinq; attriavel quīq; vie cōcurrūt
 vbi est cōcursus populi iuuenalis. Eloquiū demonstrāis totis quinq;
 quatribus optat. Quinquatriū tñ noīe in vitibus. Pli. vtitur per assi-
 milationem ad priorē significationē vt li. xvii. ca. xxiii. vitium in-
 quit generosarū pergulas quinquatribus putādas.

Quimatus etas quinq; annorū. pli. libro viii. ca. xlv. bobus in qui-
 matu robur; vide Trimatus.

Quisquiliū apud pliniū. vermiculus. i. ipsū coctigranū dicit. verba
 sunt hermolai. Quisquilie ait festus quicquid ex arborib; minutis
 furculorū foliorū q; decidit Ob id ceclius qsquilias volātes dicit.

Querit qui ad plenum iuenit. queritā; qui vix iuenit quotidie iqui-
 rendo Tren. in andria Lana ac tela victum queritans. Donatus

Quistsylcus est vel fistula in angulo oculi ppetuo manās. Siluati

De littera R

Rabula vel rabulana spēs picis obscura subnigra. Math. Pli. libro
 xiiii. ca. xix. leuitatē vino. excitat italia rabula pice hermo. vult cor-
 rigere radulana a radendo. de quo multa dicit non magnopere re-
 tinenda q̄q̄ non inutilia

Ramex pars virge virilis. Iuue. in satyris faceret exiguus cum rami-
 ce neruus vide Entecerola.

Ranarum mirandi effectus libro xxxii. ca. iiii. et vi.

Radius virga phōrū q̄geometre lineas iudicat. virg. buccol. descri-
 psit radio totū qui gētibus orbē; Est etiā textoris iūrumētum. Ser.

Rationē habere. i. respectū maxime i rebus bonis vt habēda ē rō sa-
 lutis nō periculi Cice. ii. de offi. sine habenda ē ratio cōstantie virtū

tis q; sed in ablatiuo negociū est Cicero libro de senec. rationem
 habent cum terra id est negociū aut cōmerciū

Radix rapa raphan; radices sūt esui apte. Raphan; aut; grece quā
 radicē vocamus ait isido. eo q; tota deorsū mittat. cū reliqua olera

furfur magis pfiliāt Cuius seime macerato si quis manus vnixerit
 serpētes tractabit impune. diafco. Ebur etiā ipsius fricatione albe-
 scit. de quo. pli. li. xix et xx. Rabiei remedia li. xx. c. ii. et li. xxix. c.

iiii. Et li. xxxii. ca. iiii. et vi. et li. xxxiiii. capitulo xv.

Radicula vide Conditi.

Ragadie fissure in labiis et aliis partibus Cornelius celsus libro vi.
 de quo pli. libro xxviii. ca. vi. dat remediū

Rha nomen ē fluis et radi⁹ ex asie siquidē descriptōe a papa p data
in sithia oriētali vastissima regione magnū esse fluuiū T anais noie
qui europā ab asia discriminat huic vicinus ē amnis Kha, noie Cis
ca quē gignit radix ad multiplices vsus medele cōgruēs, hec est in
clita illa radix quā per hec tēpora cōis medicorū appellatio reubar
barū vocat, diafco, vero reuponticum dicit, quia ex pōthi regionis
bus afferat Sed re vera illud est barbarū cū sithica q̄ circa ponthū
est regione nulla sit barbarior Quāvero radicē mercatores rheupō
ticum appellāt vulgaris est radix ait Pādulphus quā cōstat nasci i
gargano monte plurimā, videt autē esse vt idē dicit Centaurea ma
ior, huic enī oīa q̄ de centaurea scripta signa dicit cōuenire Et ex eo
rheupōtici appellationē credit cōuenire, ipse tñ pius alium noinat
fluuiū ras noie qui sithiā ab oriēte claudit lōgissime a flumine Ta
nais distantem quē dicit ab occidente Sithiam claudere.

Kamus plāta parua in vallibus nata et circa ortos habet virgas spi
nosas Eius multe sunt species, omniū aut folia cathaplasmatibus
adhibita ignem sacrum extinguunt, diafco.

Ramenta sunt acerui subtilis arene rapido fluuiorū motu aggrega
ti circa littora Apparet ex pio in descriptione asie vbi dicit q̄ circa
misiā et pergamum patolus multa auri ramenta adducit, de quo
pli, lib. xxxiii, ca. iiii.]

Katimena inquit festus porta est appellata ab illius noie qui in cer
ramine ludicro iuuenis victor a veis cōsternatis equis excussus ro
me perit qui equi ferunt nō ante cōstitisse q̄ puenirēt in capitoliū
Rallum, vide nulla:

Recaluaster qui fronte calua est nō toto capite, quasi recaluatulus
quod diminutium est, Laurentius.

Reddere receptum restituere, Teren, in phor, Si quis quid reddit
magna habēda est gratia, Reddere reponere, Itē exponere et dare.

Nonius Regia domus in qua rex habitat Ouidius metharmorpho
seos, Regia solis erat sublimibus alta columnis.

Reges et strentissimi iperatores terram colunt, libro xviii ca. iiii.

Regulus, vide basiliscus serpens infictēs solo visu, Isidorus.

Resupinare est caput ad posteriora deprimere pli, lib. x, ca. xxxiiii.

Turtures bibendo colla non resupinare sed bibere more iumētorū
Regius morbus, vide icteritia:

Reuma fluxus humorum a capite ad mēbra, Math.

Resina generali noie appellat gūmy genus oē a resudādo. Sed cū
additionibus diuersificat vt resina pini Timiamatis mirre, put e di
uersis distilat arboribus Serap, diafco, dicit resina lacrimū est arbo

als, Et q̄ oīs desiccac calefacit diaforat, sed magis et minus & secundū arbores a quibus manat de qua pli. li. xiiii.

Resipere est redolere iquit hermolaus in correctionibus Plinianis quo verbo frequenter vti Pli. dicit

Religio multa significat, deorū culturā vir. vii. eneidos Religione patrū multos seruata p annos Religio metus vel sollicitudo. virg. viii. eneidos. iā tūc religio puidos terrebac agrestes Scrupulosum etiam significat. Teren. in andria. Dignus cū tua religione es odio nodū in iitro q̄ris Stacius. prim⁹ in oibe deos fecit timor, de quo pli. li. xii. ca. xiiii. & alibi. Religiosus etiā pro eo qui caste atq; obseruandi cohibēdiq; se legibus altringit in qua potius significatione capit pli. ca. allegato.

Realgar metallicus est ex sulphure calce viua & auripigmento q̄q̄ mortiferū sit venenū interius sumptum tamen valet medicine extra appositum ad corruptam carnem rodendam. Math. sil.

Retoma herba similis costo nigro paulo minor magis ruffa eadem vino trita colorem reddit mat. pli. dicit afferri epontho.

Regia substantiue est regis aut regine domus Ouidius. ii. metha.

Regia solis erat sublimibus alta colūnis. pli. lib. xxxvi. ca. xiiii.

Repagulū obex est q̄b ad trāitū ipediendū opponit siue sera siue ostium ait perot. pli. li. xvi. ca. xlii. Abies valuarum repagulis & ad intestina opera aptissima.

Repastinato. vide Repastinare.

Resegmina sunt q̄ ab aliquo refecantur tanq̄ inutilia. pli. li. xviii. ca. i. omnia persecuti vsq; ad resegmina vnguium. vide putamen.

Redinia morbus circa digitorū vnguē ait felsius. dictū a redinēdo. est aut redinire resoluere ait perot. sup marcia. pli. li. xxviii. ca. iiii.

ita et redinia sanari Aliq scribūt redimia. vide pterigiū & ptergiū.

Rescibilis dī feget & cuius fecūditas in sequētē restat annū palibastō greci vocāt Sic biēnio semel serit ait her. salua aut hermolaui reuerētia nō solū de segetib⁹ dī: sed etiā de arboribus: q̄ cū moriēdī cām habuerit Annis tñ sequētib⁹ viuūt: vt apparet ex pli. li. xvi. c. xxxiii. Platan⁹ circūdolatis laterib⁹ restibilis spōte facta: viteq; restituta. varro dicit etiā agrū restibilē: qa restituit & reserit quotānis Rediuua que post interitum redeunt Seruius in. ar.

Repuerascere ē: pristinā puerilē dispōnē ac naturā reuertī. Cice. de oratore. Eos incredibiler repuerascere essem solitos: cū rus ex vrbe tanq̄ ex vinculis euolassent. Et i catone maiore Si quis deus michi largia: vt ex hac etate repuerascā atq; iterū incunis vagiā.

Regeō greci dicūt fluxū menstruorū fm diascor. vbi agit de salua

Rigor, i. frigus aliorum rigere frigere, significat etiā idurari q̄ significatio depēdet ex priā quia qui ifrigidāt durefcūt ait perot, pli, li, x ca, lxxviii. Salamendre tantus rigor vt ignem tantum extingit.

Rima fissura difiūctura Tereñ. Plenus rimarū sum hac atq; illac effluo Rimofus rimis plenus, pli li, xvii, ca, x. Q̄ minime rimofus fit solū ne sol penetrās exurat fibras, & li, xxvi, c, xii. Pedū rimis fibra Rhoice mulieres sunt quarum vulue reumatismo fluxionibusq; laborant, hermolaus.

Rodendron est affodilus ait. Mat. ysidorus dicit q̄ est arbor venena nata de qua pli, li, xvi, xvii, & xxiii.

Ros ciriacus id quod sumach, vide Sumach.

Rc smarinus, vide libanthis & drendolibanum.

Rostrū nō solū in auib^o sed etiā ī aliis brutis, Q̄ d nomē pli, Canib^o tribuit li, viii, ca, xl. Itē piscib^o li, ix, ca, viii, delphio nisi rostrū & c.

Robur roboris relinquo p̄ fortitudine, Capitū autē ad p̄positū p̄ arboris sp̄e eius lignū durū & firmū de quo pli, li, xvi, c, xli, & xlii.

Rosaceum quod ex rosa fit vt oleū rosaceū, cōserua rosacea, laureñ.

Rubigo non solum ferri morbus est, sed etiam segetum pli, libro xviii, ca, xvii, & xxix.

Rumbus piscis planus de quo iuue, facit longum processum in prima satira, pli, de eo lib, ix, ca, xx.

Runcari est herbas superfluas vtilibus nocentes euellere secundum Perottum, pli, li, xix, multis locis

Rudus rudens materia est q̄ relinquit ex veteribus parietibus diruptis Perot, Simpontinus

Ruderatus ager dicit quiveterū edificiorū abundat materia Perot, in marcialē, Pli, li, xxi, ca, iiii, Ruderatum agrum amat rosa

Rubrica herba est ait perot, ruber, tingēs colore, pli, dicit Rubricā abigere formicas & ca, xvii, in cretoso rubricoso & aquosiore agro qui non sit herbidus feri.

Rubeta sp̄s rane venenose q̄ iter arbuta morat iō vocat rubeta a rubo pli, lb, xviii, ca, xxix, Obruat rubeta, rana in media segete de hac multa lib, xxxii, ca, iii.

Rubus oibus ē not^o, galienus de eo folia sūmitates flores & fruct^o stiptica p̄cipāt qualitate, ysidorus dicit q̄ est morus siluestris, de quo pli, lib, xvi, & li, xxiii.

Rumex herba ē nota chenopos grece dicta ad figurā pedis anseris ait perot, pli, aut li, xi, dicit ex oibus floribus & plātis mel cōfici ex epta rumice & chenopos Quare Salua Pace peroti diuersas reputat herbas rumicem et chenopos, vide laparum.

Rūpre defatigare rūpere diu tacitū p̄ferre vir, x, eneidos, Cur me alta silēria cogis: rūpere, Itē introire, Itē significationē habet notā

rumpere frangere Nonius.

Rubeus non solum vulgata significatione color dicitur. s; et a ru bo adiective id est spineus.

Kulla pro ferro capit pli. quo vomores purgantur in arado ait her molaus vult tamen ipse corrigere Rullum a radendo.

Kutabulum inquit hermolaus proprie quo rustici vtuntur in pme do igne panis coquendi gratia. id etiam dicit festus.

Rucine i pli. iquit her. sunt ferre maiores qb; secant magne arbores

De littera S

Sapa dicit garinus; ee vinu dulce acetosum vel acidu. salua tñ eius reuereria male plinio consonat sup quo vide defrutu Sapa eni poti; est decoctum mustum vt ex Plinio apparet li. xxiii. ca. iiii.

Sacer ignis spes est caci yrens mebru. Cornelius celsus ait. lib. v.

Sacer ignis malis vlcereb; anumerat. pli. li. xxi. ca. xix. dat remediū

Rose iquit semē igni sacro valet. itē eodē ca. itē li. xxii ca. iiii. & ca. vi.

Sacros ignes cū cera aceti fex extiguit & alibi mltā rem. li. xx. c. xx

Salpa picif ē ait perot. sup mar. pli. li. xxviii c. iiii. di. torporē iferre

Salacitas libidine pruriēs dī quia & salax quia mebru facile salit.

perot. iō herba q̄ salax dī libidinē mouet Oui. de arte. bulbus & ex

horto q̄ venit herba salax. pli. li. x. ca. lix.

Gallus vnus quinq; sufficit coniugibus Cum bine aut singule fue rint corrumpitur salacitate fecunditas.

Saliare ample cene sunt ait hermolaus in pli. castigationibus

Sanguinis profluuium restringitur li. xxvi. ca. xiii. & ca. xiiii. & li.

xxii. ca. viii. & li. xx. ca. xiiii. in fine. Et li. xxxv. ca. xv.

Sagina piguedo. saginatio ipigatio saginare ipiguare & hoc p in

dultria & arte nō eni dī aīal saginatū qd̄ p seipm pigue est vt ptz ex

Pli. lib. x. ca. l. femine nō ad saginā eligūtur. de gallinis aut loquit

Sagina quasi sanctimina qm e loco sancto res aliqua capiebatur

legatis ad bellū indicēdū. aut fedus capiendum. festus

Sanguinis conditio & natura li. xi. ca. xxxviii.

Sanguinaria vide geniculata.

Sanguis drachonis fit ex arbore eiusdē nois .a qbusdā dī egilops

frigidus est. & ficcus in. iiii. gradu. Serap. vide Cymbari in littera. C

Sanguisuga vermis genus ē in aqs viuēs. Auicēna in. iiii. primi ca

nonis ait. Quedā sūt venenose q̄. i. hñt capita magna quaz; etiā co

lor niger aut viridis & q̄ lanuginē hñt. Queq; hñt colorē lazuli. vi

de lazuli. & q̄ sunt diuerioꝝ colorū ex quarū mōrsu puenit aposte

ma. Sincopis sāguinis fluxus febris. Eligere volēs bonas. capiat ha

bētes ventrē rubeū dorsum ad viride declinās precipue si ex aquis fuerint currētibus et per diē vnū anteq̄ applicētur eas cōstringe vt euomat quod est in earū ventre. de quo pli. li. xxxii. ca. vi.

Sardonix lapis preciosus Cōponit̄ a sardo qui est rubeus lapis et
onix greco noīe quod est vnguis Tortelius. de quo pli. li. xxxvii.
Sardinia insula in mari Tirrheno Strabo de situ orbis
Sardanapalus assiriorū rex qui ob nimīā voluptatis dissolutionē
regno pulsus est. Cuius tumuli inscriptionem iustius tradit.
Sardoa v̄ Sardona herba ī sardinia nata filis apiastro Hec os hoīs
et labia tristi dolore cōtrahit et quasi ridētes iterimit Seruius ī buc
colicis virgilius. Ibi immo ego sardonis videar amarior herbis.
Saculū a serēdo ac sartiēdo istrumētū ē rusticū. varro li. de re rustica
Saluber est cibus. salutaris est locus siue salutifer. sanus est homo.
Salutare etiā quod prebet sanitatē. Laurentius. Quibus frequēter
Pli. vtitur a libro xx. vsq; ad xxx.
Sapho nomē est femine poetisse. de qua pli. li. xxxv. ca. xi.
Salamēdra aīal sua frigiditate extiguēs ignē. de quo pli. li. x. c. lxxvii
Sabini populi italie. de quibus plinius libro tercio.
Saltē Simpōtinus ait. quod antiqui dicebāt salutē. Et enī cū aliqua
petita sint et nō īpetrata hinc solemus q̄si extremū aliquid petere
quod negari minime debeat. dicimus hoc saltē debere fieri aut īpe
trari oportere tāq; salutē postremo petētes qd̄ īpetrare sit equissimū
Saliūca herba. de qua virg. in buccol. Puniceis humillis quātum sa
liunca rosatis. flores habet viole similes et plurimos. Nascit̄ locis
lapidosis. de qua pli. li. xxi. hec parū accedit ad nardū gallicum ait
Pandulphus. Multa tamen est inter eas differentia Nascit̄ in pāno
nia alpium q; apricis Seruius dicit q; est spica romana.
Samara samare. semen ē vlmorum Pli. libro xvii. ca. xi. de ea.
Salebra loca iculta aspera. Irē salebrosa idē scilicet iculta horrida
Sarcina collectio ē vt̄siliū et eorū q; ad cultū et ornatū et ad ceterū
vsum pertinet. inde sarcinula quā milites colligūt itinere. Aceru^o
est rerū paruarū collecta multitudo vt frumēti leguminis pomorū
Strues. lignorū aggregatio. strages cadauerum īterfectorū siue ho
minum siue bestiarum vno ī loco iacentiū. Lauren. Conueniunt in
hoc q; collectionem significant.
Sandix herba feniculo similis. ex ea fit color qui sandicinus dicit̄
vt dicit serui^o in buccol. de quo virgilius sponte sua sandix pasce^o
tes vestiet agnos. de qua pli. libro xxii. ca. xxxv.
Sansuccus. vide maiorana.
Saporum species Pli. xi. assignat libro xv. ca. xxvii.
Sarcocola hernie species cū succretione carnis. hermola^o. vide her
nia et Entecerola.
Sarcofag^o lapis ē qui carnē humanā absumit. de quo Pli. li. xxxv.

ca. xviii. *sarcocola*, *diasco*, *Gummi arboris spinose simile est oliba*
no, *Cali*, et siccū i primo gradu, virtus eius glutinat abstergit ma-
turat resoluit incarnat.

Sarrire purgare herbas circūfodere nociuas herbas euellere, vt li.
xix. pluribus locis vide runcari.

Sarculum instrumentum ad sarrriendū pli. lib. xviii. ca. xxvi. Tunc
leni sarculo purgare poti^o q̄ fodete descēdit a p̄ dicto uel bo sarr re.
Saturus aīal est ad figuram hoīs inuenitur in cō finibus ethiope cir
ca canopū hieroni, illud describit historiā scribens Pauli heremite
homunculum dicit ad uncis naribus in fronte cornutū Cui corpo-
ris extrema in caprarum pedes deficiebant, de quo pli. lib. v.

Saltus ad ppositum sunt silue ferarū habitacula. Seruius i georg.
de quo plinius libro xix. ca. ii. saltatio autem hominum: *Laurētius*
Statureia herba calida et sicca aromatica minutis foliis cōis est in
gallia, de qua plinius libro viii.

Saliua hoīs ieiuni multas habet virtutes, libro xxviii. ca. iiii.

Safurion grece latine cauda tremula auis est de minimis Color ei^o
est iter viridē et ciuericiū. volatus eius breuis et statī quiescit Cau-
da tremit, expellit potēter lapidē a renibus & vesica, Math. *Siluatī*,
Salis multa sunt genera quoddā dicit sal nitrum: quod multiplex
est quoddā naturale ex minera pueniēs quod petrificat. Aliud ar-
tificiale multorū colorum: sapor eius est inter salsedinem et aceto-
sitat^o m. Serap. de hoc pli. li. xxviii. ca. vi. et libro xxxii. ca. xi.

Sal armoniacū sic nominatur quia eius magna quātitas inuenitur
in armenia, vide armoniacum.

Sal gemma dicitur: quia clarum et splendidum est vt gemma vena
est terre calida et sicca.

Sal minerale species est in mineribus mōtītū inuēta, de quo pli.
libro xxxi. ca. vii.

Sal indum dulce est vt mel siue zucara, habet autem salis effigiem,
hec siluaticus, de his pli. libro xxxi. ca. dcc. xxix.

Salis multe varietates, libro xxxi. ca. vii.

Salis medicine libro xxxi. ca. vii.

Salse aque ad multas vtilitates valent libro xix. ca. xi.

Saline spacia sunt terre planata ac pollita i quibus aqua maris reci-
pitur et i sal p solis desiccationē cōuertit, de quo Pli. lib. xxx. ca. x.

Salinum vas precipue fictile in quo diis primitie cum sale offere-
bantur Acron super horatium.

Sandaraca, arab latine vermīx gūmy ē siue lacrim^o ex arbore
manāsiuniperi, Serap. pli. etiā capit p colore quo pingit qui locis

Inuenitur mineralibus et his in quibus nascitur auripigmentū aīe
diasco, de quo pli, libro xxxv, capitulo vi.

Sandallus est duplex albus & rubeus lignum est frigidum et siccū
inuenitur etiam ruffus Serap.

Sandalum pro calciamento nō est ad propositum

Sauromate populi sunt versus septētrionē de quibus varius est ser
mo in historicis, florus historicus, sarmate iquit nīl pter niues raras
q; siluas hnt Cōsonat iuuenalis satyra ii, vltra sauromatas et glaci
alem oceanū, herodotus dicit q; icipiūt a p̄fundo paludū meotida
rum versus boreā, Pius in descriptōe asie dicit q; multi extendūt
nomen ad totum septētrionem a teutonibus et germanis vsq; ad
oriens estiuale, Ptole, de situ orbis sicut florus

Sarmatas no minat per sincopam, de quo pli, libro iiii, et vi.

Salamendra animal ignem extinguēs, de quo pli, li, x, ca, lxxvii,

Satiriasis passio virge virilis ex violenta eius erectione, Constant
Saxifraga a virtute trangendi lapidem nominata papinele herbe
similis differens tamen quia hec pilosa est alia non.

Satirion radix ē ad figuram testiculorū duplicium quasi binarum
oliuarū A quibusdam dicuntur testiculi vulpis, Serapion

Sciarea est idem quod Gerobotanum ait marcellius ficinus lib, de
vita longa, vide Gerobotanum.

Scamonea, latine grece diagredium lac' est eiusdē plante Calidior
est pipere et est fortis medicina laxatiua diasco, de qua plinius lib.
Tapsiā greci herbā vocāt, Cuius folia sunt maratro similia: ramos habens subtiles in quorum summitatibus sunt corone: aneti coronis similes: habet florem album citrinitati vicinū acuti saporis, herba calida est, hec diascor, Siluaticus dicit q̄ a latinis dicitur ferula siluestris, de qua pli. libro xiii.

Tamarindi sunt fructus prunorum fructib⁹ similes, Sunt autē subtilioris et minoris humiditatis, Serap.

Taurus relicta aialis significatione mōs ē in oriēte lōgissimus: quibusdā in locis altissimus, iuxtaq; ipsum varie sunt regiones multis nominibus appellate ac sermone differentes, ait Pius in descriptione asie, de quo pli. libro. v. ca. xxvii

Tamaritia est idē quod mirice vel mirica ait isidorus, vide mirice.

Tapsus barbatus a grecis flomos vocatur phitici duplicē assignant mare et f. minā, herba est magnis foliis; yna parte lanuginē albam habentibus, vulgaris herba est.

Taxus sine addito arbor est ex cuius ligno fiunt arcus, virg. Tax
cernant in arcus. pessimi est influxus ratione eius frigiditatis, virg
gilius in georgic. Amant sua frigora taxi, de qua pli, lib, xvi, ca, xi
vide toxicum

Tenontes recti quidē & valentes nervi sunt, a rigore dicti collū cō-
tinentes: sine quibus caput sustinere non possent cervicis vertebra
Siquidē horum inter flexus alter semper intentus: prolabi supiora
non patiūtur vt in celfo, vbi ait Cerotas eos nervos a grecis appel
lari scribendum arbitrat, hermos, in correcti, pli, non cerotas sed
tenontas in ipsis quoq; pedibus nervum quendam latum qui a po
plite demissus procumbit in calcem appellant tenonta.

Templum mirabile li, xxxvi, ca, xiiii.

Teucrie herbe virtutes miro modo inuente li, xxv, ca, iiii.

Tempestas pro tempore ab antiquis accipitur, Sic capit salustius;
freq̄tissime, varro de endimonibus, Cum sermone cenula; variam?
interea tonuit tempestate serena, Tempestiuitas in eadem sumitur
significatione libro de senectute, Cursus inquit est certus etatis &
via nature; eaq; simplex: suaq; cuiq; parti etatis tempestiuitas est.
Item est tempestas aeris & maris vehemens commotio, virgili, iii,
enei, dii maris & terre tempestatumq; potentes

Teda lignum luminibus aptum, de quo Pli, li, xvii, ca, xxiiii, Arbo
res inquit nimia pinguedine in tedam mutantur, de quo etiam ca,
xxvii, Patet ex virgilio q̄ sit arbor quarto eneidis Tedis inquit ac
ilice secta, Et, vi, eneidis, in sepultura miseni Principio pinguem
tedis ac robore secto, vide rob ur.

Tenasmon appetitus egerendi cum magno conatu: modica ege-
stione, Constañ, Cornelius celsus dicit q̄ est nomen grecum, A la-
tinis dici, tormina Eque inquit vt in torminibus: frequens desidē-
di cupiditas: descendunt aute; pituite, mucifq; similia, vide tor mi
na li, xxviii, Pli, ca, x.

Terpigo piscis stupefactius adeo vt si quis vel lenissime tāgat mē
brū ili co stupefacit id est membri motum pene perdit, Etiam si se-
lo baculo aut virga manu accepta tangat, ait Marcellius ficinus, Re-
medium tamen est habenti so das; cum caput patientis ab eo pisce
tangitur, diascor, vide Stupor

Termantica id est calefaciendo dissolutiuavirtus quedam est, Sil-
uaticus

Tetanici fiunt musculis presertim qui secundum spinam sunt ri-
genibus, Itavt se inflectere non possint, Cornelius celsus, de quo
Pli, li, xxxii ca, iiii.

Thelephiavlcera sunt, ait hermo, in castig. pli.

Tenentes recti sunt & valentes neruita rigore dicti collum continentes: sine quibus caput sustinere non possent ceruicis vertebrae, ait Cornelius celsus quos dici a grecis Cerotas appellari

Theatrum grece spectaculum latine: locus in specie semicirculi constructus, Athenienses primo, deinde Romani edificium magna nimi conceptum cogitatione construxerunt, de quo pli, li, xix, ca, & li, xxxvi, ca, xv.

Tendere dirigere gressus proficisci, virgilius, p. eneidos. Pervarios casus per tot discrimina rerum, tendimus in latium, tendere ex tendere laxitatem siue rugas tollere, virgilius libro, viii. Tendunt vela nothi, Tendere insidiari, Terentius in phor. Quia non recte accipitri tenditur aut miluo, In eadem significatione est decipere, Item contendere niti, virgilius sexto eneidos, Locum tendunt superare priorem.

Tenere inhabitare, Seneca, tragedia prima, Pellices celum tenent Item prohibere, Nonius, Ites dirigere, primo eneidos, Quibus aduenitis ab oris, quo te necis iter Tenere intelligere, Terentius in andria, Tu autem ne ducas illam rem tenes, i, capis intelligis, Alias notas habet significationes

Therionia, ait Cornelius celsus li, v, vlcus quod quicquid per se nascitur, Interdum vlceri ex alia causa facto supuenit, Hermolaus dicit in castigationibus plintanis quod est vlcus virilium, Interim & febris multo & nigro sanguine mali odoris, Atra fit caro & corroditur, Ex quo nasci quandoque solet herpestiomenos quod corpus ossa usque deuorat.

Teredo teredinis vermiculus lignum penetrans, Perotus super marcialem, ut autem lignum ab eis preseruetur dat plini, remedium libro, xv, capitulo, viii, Teredines quoque in carnibus, Plini, assignat libro, xxviii, capitulo, xi.

Teres teretis rotundum cum longitudine ad differentiam orbis aut sperici, nec inepte, ait grecismus dicitur hasta teres proprie pomum quoque rotundum, Virgilius buccolic, Incumbens tereti damon sic cepit oliue.

Tempestatum cause & signa Plinius assignat, libro secundo capitulo, xlii, & capitulo quinquagesimo, & lii, & tertio, Item volumine, xviii, capitulo, xxxv.

Terebentina, vide in vocabulo Terebinthus

Terebra, vide in vocabulo Terebrare

Terebrare foramen facere aperire, virgt, ii, enei, Aut terebrare ca

uasvteri & temptare latebras Inde terebrū & terebra est instrumē tum ad perforandum, Pli, volumine, viii, Terebrato iuxta aurem cornu.

Terram propriis manibus colunt reges, et principes, libro octauo capitulo tercio.

Terra dicitur quia teritur id est colitur Varro. Terra in singulari totum corpus terre vel orbem dicit, terre in plurali partes eius aut regiones significat, Seruius.

Territorium vniuersitas agrorum circa ciuitatē et colonis cōmune Varro de re rustica.

Teres teretis vas ex iunco factū siue textum quē admodū vasa ficaria et racemaria, de quo pli, libro xxi, ca, xviii, A tegendo dicitur.

Terebinthus arbor breuis fruticosa flos ei⁹ racemosus vt oliue sed rubeus lignū eius nigrū splendidū, Gūmy ferens dum preciosum siue resinam que terebentina nominatur, Glosa super ecclesiast, de quo pli, volumine xii, xiii, ca, vi, et libro xxiiii.

Testudo iuenif pro domus parte q̄ sursum cōcaua obliqua curua q̄ alio noie lacunar dicitur, iuuenalis doctus spectare lacunar satira prima vulgari significatione dicitur vulte, Testudo etiam significat animal testam habens quod terra mariq; inuenitur, de quo pli, libro ix, ca, xi, limaia quādoq; testudinis nomine appellat̄, Limaia tamen proprie sine testa est; testudo cum testa, vide coclea.

Therme thermarum; a greco nomine quod calidum signat deriuatur. Tortelius, Balnea sunt siue lauachra, que magnificarum vrbū in morem constructa erant; ad solacium et luxuriā populi romani, de quibus pli, libro xxxvi, hermolauis dicit in calligationibus plinianis q̄ ab antiquis balneum oceanus dicit̄ si magnum ppter tu multum et strepitum balneātium similem marine tēpestati.

Tentis prepositio ē; semper postponitur ablatiuo vel genitiuo more greco, vt pubetenus haētenuis verbotenus significat finem alius cuius actus vel vsq; ad et non vltra, Quintilianus.

Thimus herba est odorifera cuius pastu mel optimum apes conficiunt, Virgilius primo eneidis, Redolentq; thimo fragantia mella de quo pli, libro xi, ca, xv, Itē li, xxi, capitulo, xxi, vide Epithimus Cornelius celsus dicit q̄ thimus etiam verruce est species; ad fabe egyptie magnitudinem scabra et subrubeus; cuius summa pars florem thimi representat in genitalibus, sede feminibus que pueros ma xme infestant, idem pene hermolauis, vide femina.

Tinnitus auditus impedimentum; cum intra caput acuti soni auerui videntur, Constant, Cui passioni dat pli, remedia,

Tirfus est omnium olerum et herbarum medius frutex qui sursum ascendit, vide frutex.

Tinee ventris animalia sunt. Elminthes greci dicunt ait Cornelius celsus, sunt inquit in figura vermium in extremo recti intestini ut plurimum inveniuntur, multe sunt eorum species, omnes tamen Cornelius. Sunt etiam vermiculi qui vestes viciant, in libro iob, quasi vestimentum quod comeditur a tineis; que ne vestimenta consumant; habes remedia, li. xxiiii, ca. iiii.

Tintimalus septem habet species, Conueniunt autem quae sunt herbe lacticine in quarto gradu calidae & siccae, purgatiue sunt fleumatis et colere vomitusque prouocatiue Serap. de quo pli. libro xxvi.

Timiama lacrimus est qui a grecis vocatur Cancamon; quod cum coagulatus est granulofum, grana autem sunt parua, leuia alba, quasi thus album, Ab arbore procedit, cuius fructus oliuae similis, nucleo carens nigri coloris, Siluaticus, Thimiama quoque compositionem significat artificialem, quam deus moysi precepit in sacris fieri, ut habetur in exodo, Sume inquit tibi stactem, Onicha, galbanum boni odoris, Thus lucidum equalis ponderis, Prohibuitque ibi deus tale in usus hominum fieri compositionem

Tigris animalis velocissimi cursus ferox, Seruius dicit in armenia, hircania, india abundare, de quo pli. libro viii, ca. xviii, Tigris etiam fluius est orientalis citissimi fluxus ab eius animalis celeritate appellatus, fluit per medium lacus maxime nomine Aretysa suumque continuat cursum nec cum lacu miscetur, de quo ample pli. li. vi, ca. xxvii. **T**onsile glandule sunt, ait Perotus super marc, guttur autem infestant, hermolauus dicit quod sunt inflammationes quas greci vocant Anaciades, Cui morbo dat Pli. remedium libro, xxi, ca. xix, et lib. xxii, ca. x, et libro xxx, ca. iiii, et libro xxviii, ca. iiii.

Torrendum non est urere ut patet, ex pli. libro xxvii, ca. primo, quia fas torrebant in fornacibus antequam molendino frangerent antiqui romani, virgilius primo eneidos, Hi cererem torrendum parant & frangere saxo, quod male quidam exponunt; quia virgilius per figuram gramaticalem ordinem peruertat.

Thorax pars est pectoris superior et anterior a collo usque ad stomachum, Siluat.

Tonus relicta musicorum significatione, ad propositum nostrum spatium vocatur quantum distat a terra circulus lunaris, quod marcyanus dicit esse, Centum viginti milium stadiorum, de quo in fine ii. libri, simili modo videretur tonus significare spatii proportionem inter reliquos celos, De quo pli. libro ii. capitulo xxi.

Tonitruorum & fulminum nature cause & preferuationes. lib. ii. ca pitulis. lii. iii. v. vi. viii

Torpedo piscis est qui a quibusdam, vide **Terpigo**

Tonus spacium vocatur illud: quatum abest a terra circulus celi citimus hoc est lunaris: quantum cetum scilicet viginti sex milia stadiorum, auctore Marciano sine secundi libri. Quoniam vt in sonis minimum interuallum cum legitima quantitate fit ex duobus sonis inter se diuersis itavt in celo minimum a terra spacium ad lunam tonum appellare placuit. huius mensure ad dimidiu hemitonion.

Tonus vero cum hemitonio: proportionem facit sexquiplam hoc est sexquialteram. de quo pli. li. ii

Tormentila. vide bistorta

Tomentum genus vestis cu sectione vel incisione. per otus in marcialem. dicitur a thomos grece: latine diuissio. Ex pli. libro. xix. ca. ii. Alii dicunt qd est molle aliquid siue stupa que ex fullonum arte carduis aut forpicibus trahitur ad culcitra faciendas aut replendas. Quod plinio satis consonat. A quo non multum distat Gabrielis sermo in gerentocomia ad innocetium papam octauum dicens qd est cubile penniceum quod tomentum dicunt

Tormina passiones ventris. Cornelius celsus dicit lib. iiii. cap. xv. Intestinatorum mala: tormina esse consueuerunt: dissenterion greci nominant: intas intestina vlcerantur: ex his cruor manat. Quibus dat Pli. remedia li. xx. ca. xiii. & li. xxx. ca. iii.

Trapetum machina molaris qua premuntur & nuces & reliqui fructus ex quibus fit oleum. virgilius. ii. georg. venit hiems teritur si conya bacca trapetis. Pli. li. ix. ca. xxxv. Trapetis inquit frangunt

Trasmuenus lacus perusinus qui semel totus arsit. ait plini. lib. ii. **Thracia** europe regio Sithie pars cuius populi feroces Nam a greco nomine descendit quod ferum significat & temerarium. Strabo lib. de situ orbis. de qua Pli. li. iiii. ca. xi.

Tragelaphus dicitur ab elaphos grece qd est ceruus latine inqt tor telus. de quo Pli. li. viii.

Trasmuenus lacus est italic: quem dicit Pli. totum arsisse. circa finem libri. ii.

Tracia regio europe circa scithiam a tracin grece quod est ferus & temerarium sunt in ea homines feri & aspero cultu de quo plinius libro quarto

Thraceas venti nomen est. Arist. li. metheorum. post argeten ventum inquit flat Traceas. Aliqui scribunt Tracias.

Tranant. i. natando transeunt. li. viii. ca. xxxiii

Tricenus adiectiue id est vel tricesimus ordinem autem significat
In plurali id est terdecem siue triginta, Pli. li. vii. ca. xv. menstruosa
fluxum tricenis diebus euenire: vel est idem qđ de tricesimo in tri-
cesimum siue a diebus triginta in alios triginta dies

Trimatus trium annorum etas: sicut bimatus duorum dicente Pli-
nio lib. vii. ca. Cuilibet homini in trimatu certum est dimidi-
am esse altitudinis mensuram Necyt quidam putant est trius men-
sium etas. Non enim habet homo trium mensium dimidiam alti-
tudinem. & li. viii. ca. lviij. trime minus vtiliter generant.

Trachoniavocaf scabricia palpebrarū interior sicut in eadē pte gla-
britas hoc est destuuiū pilorū madarosis & Milphosis. verba her.
Tribulorum medicine li. xx. ca. x.

Translatiui id est promiscuum: vulgare / publicum indifferens.
Pli. li. vii. Recte hoc translaticium appelles. Auctor est donatus In-
uesticia quoq; translaticia vocamus aliquando. vt pli. li. x. Transla-
ticia sunt & verba per methaphoram in alienum migrantia. Sunt
& sacra translaticia secundum macrobium. hermolaeus in pli. castig.
Trimo rion a tribus signis dictus est. tria vero signa partibus nona-
ginta constant. Erat ergo trimorion pars ab oro stopo geniture no-
nagesima. Itemq; a firu lune pars nonagesima. vnde vaticinium vi-
te substantiarumq; sumatur. verba hermol.

Trifolium herba est habēs tria folia per singulas ānotationes. Eas
greci lothos appellant. Siluaticus. de qua pli. li. xxi.

Triton fluuius in affrica ea parte q̄ lybia dicitur. in qua est cartago
Triton etiā fuit neptuni filius pro deo maris habitus. de quo pli. li. x
Triūphus erat honor: qui romano duci post victoriā de hostib⁹ ha-
bitā maximus exhibebat: qui i trib⁹ erat Primovniuersus populus
romanus obuiā illi cū laudibus & salutatōibus ibat. secūdo idueba-
tur tunica iouis. sedebatq; in curru aureo equis albis vecto. Tertiu
q̄ victus hostis. cathenis vinctus precedebat Ceteri captiui ligatis
post tergum manibus nobiliores et elegātiores currum sequeban-
tur. de quo iuuenalis copiose Satira que incipit omnibus in terris.
de quo pli. libro xxii. vide Tropheum.

Trebi⁹ piscis niger: lōgitudine pedalis latitudine digitorū quin-
q; Tantā illi vim esse. vt sale seruatus: aurū qđ in altissimos puteos
deciderit. admotus extra hac et nature faciat Colorē hieme ex ni-
gro i cādidiū mutat. i oceano naues rostro pforat isido. de qđ pli. li. ix

Triton homo marinus. de quo pli. libro ix. ca. v.

Trientalis herba est. vide. Quincuncialis

Trimestria annone sunt: que tribus mensibus pueniunt vt orudem

Auena et cetera, Cui consonat agricolarum dictio in quibusdā gal-
lie locis, de quo pli. libro xviii. ca. xxvi.

Tropheū victoria ē de hoste fugato, dī a tropos grece cōuersio latie
quia hostē victor in fugā cōuertit Nonius dicit Tropheū ē id quod
fuga hostiū apud grecos, inuenit etiā p̄spoliis victi hostis, Et pro-
poite quo incribunt̄ victoris gesta, Quod testatur Seruius vndeci-
mo eneidos allegans historiam salustii dicētis, Pompeius deuictis
hispanis trophea in pyrenei iugis cōstituit, vide triumphus.

Troglodite sunt populi quidā affrice eius que ad meridiem vergit
circa ethiopiā ait Solinus, de his pli. li. ii. ca. lxxii. et ca. lxxv. Et
libro iiii. et libro v. ca. v. et viii. et libro xii. ca. xx.

Trochicus, vide pastilus.

Tube fictiles idem q̄ fistule, de quo pli. li. xxxi. ca. vi. vide fistula.

Tuber quedam fungi species que a tumore deducitur Sed ab aliis
fungorum speciebus differt; quia pedem habent sursum eleuatum
a terra; tubera autem terra circundātur et operiūtur, de quibus pli.
libro xviii. et xix. ca. iii. aut iiii. vide fungus, vide boletus; vide Ci-
claminū Tuber quoq̄ aliam habet significationem, Est enim ista
tio parua Tuberculum inflatio adhuc minor per diminutionē Cor-
nelius Celsus multis locis de vtroq̄ agit pl i.

Tuberculum, vide Tuber.

Turbo turbinis ventum ipetuofum significat, Est etiam figure no-
men inferi? late; superius ad, stricturam vergētis, perotus in marc.
pli. li. inquit, Turbinator p̄iris figura q̄ malis, in qua signi-
ficatione, capitur lib. xxxvi. ca. xiii. et libro. ii. ca. x.

Turbinatus, turbinator, vide Turbo.

Tussilago herba est nominata, quia precipuum sit aduersus tussim
remediū, vide q̄ quibusdā q̄ sit nasturciū non aquaticum multū esse
cū eius seine valet aduersus tussi, de quo pli. li. xxvi. ca. xvi. vel xiii
Tussis medicine ibi. et ca. v. et vi. et libro xx. ca. xxi.

Tumorum remedia, libro xxvi. ca. xiii.

Turbith diasco, allegat quosdā dicentes q̄ eius flos ter in die colo-
rem mutat, mane siquidē albus, meridie ad purpureum declinans
Sero rubcus, mesue docet eligere illud cuius lignum ē subtile me-
dicina est laxatiua precipue pneumatis.

Thus, vide Olibanum Item libanus.

Tuthia res mineralis Serap, vide.

Turdus auis est, de quo pli. libro x. ca. xxx.

Turdetania vt apparet ex ptholom:co vbi tractat de sexto climate
in sua geographia pars est, bethice, vide bethica.

Varices ventris quedam passiones Cornelius celsus lib. vii. hermo-
laus. Lōge aliter sunt inquit intumescentes plus equo uene in tem-
poribus: ventre: testibus: inguinibus. Quibus dat Pli. remedia. li.
xxii. ca. x. & alibi.

Vari lenticule sunt in facie Cornelius celsus lib. vi. hermolauſ dicit
vari pedes sunt contrario q̄ valgi sunt habitu. hoc est obortis in
curuis ve cruribus. auctore festo. valgi autem qui diuerſas furas ha-
bent. hoc est in diuerſum actas de qua ſimilitudine instrumentum
quoddam ruscicum ad areas complanandas valgium Plinius ap-
pellat libro. xvii. Seritur inquit mense aprili area equata cylindris
aut valgio. Varii quoq; nominantur varroni. qui pedes extortos ha-
bent. vt britāni: et gal i fere transalpini. quod apud strabonem di-
cit hermolauſ se inueniſſe

Valeriana latine: a grecis lichimus dicitur. Siluaticus dicit etiam
alio vocari nomine latino. serpilum maius. serapion dicit arabice
vocari. fu. Spica inquit ē siluestris. habet stipitem. longitudine bra-
chii. Color declinat ad purpureum. radix subruſſa in modum par-
uuli digiti. Quod de ipſa adminiſtratur eſt radix cū comis ſuis. ha-
bet odorem nardo proximum. hec serap.

Vanitates multe que apud vetuſtos credite fuerūt quibus nūc quo-
q; plebs adhibet fidem. libro xxviii. ca. ii. et iiii:

Versura dicitur quod greci Campen vocāt. flexus angulorum i edi-
ficiis et parietibus exterioribus ppter hoc et crura ipſa in iumētis
gambas vocat uegecius. quaſi Cāpas. Nam et ariſtoteles Cāpen no-
minat in pedibus qua ſuffragines poplitesq; habētur. in plauto vi-
detur eſſe instrumentū nauticum: ex quo ſoluti cognoscerent vnde
flarent venti et an mare admitteret Cuiusmodi fere apud nos ma-
gnetis vſu i eo vaſe quod pixidecula vocatur. hec hermolauſ. Aliā
dat ſignificationem quā non ſatis capio.

Vergilie dicunt a viriditate: quia in ortu earū plantevireſcunt Ali-
qui ſcribunt virgilie. Oriuntur autem ſex diebus ante idus maias:
Pli. lib. ii. ca. xlix. vide pleiades.

Velicatus Pannulus vilis quo aliquid ligatur aut velatur. ait. Pero-
tus ſuper marcialē. Pli. lib. xxviii. ca. vi. Extremitates aurium veli-
catibus perſtringi

Veratū a latinis dicitur quod greci eleborus dicunt. vide elebor^o

Vertigo. in anteriore capitis parte paſſio eſt. vide ſcotomia.

Velocaeſſes populi ſunt rothomagenſ. dioceſ. cōmunitervulcaſſini
appellati. Ager gallico ſermone appellatur veugueſſin. de his pli.

libro.iiii.ca.xviii.vbi agit de gallie situ.

Ventorum ratio traditur et nomina.libro ii.ca.xlix.

Venarum officium et colligatio libro xi.ca.xxxvii.

Veneris abstinencia remediaq; aduersus libidinem.libro xxvi.ca.

xi.Et libro xxviii.ca.x.Et libro xxxiiii.ca.xviii.et libro xxx.capi

tulo quinto.

verbenavide gerobotanum.

Vermicularis herba est.minuta sempervirens absq; foliis sed loco foliorum habet extremitates minutas humore plenas.que alio nomine semperuiua dicitur.oritur super muros et loca lapidosa herba est frigida.virtutem habet iouis barbā proximāq; crescit super tecta rusticana habens pro foliis frusta ad modum et quantitatem extremitatis pollicis spissa,succi plena.

Veruex mas est ouium castratus.Nā qui ad sobolem faciendam est integer,aries dicitur.sic caper mas ē caprarum,sed castratus.hirc? vero integer ad prolem faciendā.Perotus super marcialem.de his pli,libro octauo.

Ventris vicia siue gulositas cuius causa plurimos sumptus faciūt homines.libro xxvi.ca.viii.

Vermminatio avermibus forrasse dicta est.vermia inquit festus dolores coporis sunt cum quodam minuto motu quasi a vermibus scindatur.Seneca.morborem inquit primaverminatio vexat,impetus mora extinguitur,hermolauis in correctionibus pli.

Venter multorum impedimētorum causa est laborū impense morborum libro xxvi.ca.viii

Verberādi vt ex ictu mituis doleant.libro xx.ca.vi.

Verberum vestigia que vibices appellantur,quomodo deleātur.li. xxx ca.iii.in fine.

Veternosum grāmaticuli quidā putauerunt a decrepita etate dici. quorum ignoratio per Terentium deprēditur.dicit enim de euncho hic vetus veternosus senex,Non enim cum decrepitem nominasset;eum postea senem diceret.veternosi autem quibusdā videntur letargici Sunt etiam qui veternum interpretantur morbum qui ex ignauiā et ocio nimio contrahitur.festo autem veternosus videt qui graui premitur somno Catonivero ydropicus;qui cū plurimū bibat;maxime tamen sitit,sed plinius a letargo morbum facit dicens; vicesimo volūne ī medicina raphani Cū eo tamē cōuenit Vespe& crabones musce sunt apibus similes eis maiores,de quib? pli,libro.xi.ca.xviii multe earum venenosas inferunt punctiones quarum habes remedia,libro xx.ca.xxi.et libro xxx.ca.vi.

Veternia non auestutate, ait Perotus super marcialem sed a vehem
do Animalia siquidem sunt; que onus vehunt. Pli, li, xvii, ca, xxiii,
Inquit veternia a iugo Canes a cursu

Verbaston herbaverbene similis que sepe fallit pro ea capta diaf.
Est tamen verbaston herba spicata, ait hermolaus Ab aliquibus vo
catur blactaria, vide Gerobotanum

Venenatarum herbarumysum mulieres inuentrices fuerunt libro
xxv, capitulo, ii.

Veneni remedia li, xxv, ca, ii, & li, xxix, ca, iiii.

Venenum veneno curatur li, xxvii, ca, ii.

Veneni infectio quorundam hominum tactu curant, li, xxviii

Venatici, de quo habetur li, xxi, ca, xxvi, Hermolaus corrigit vena
licus, dicit autem mercatores significare Ciceronis & Nonii testi
monio, venalicum quoq; dicit significare rem venalem vt seruus
venalicus dicitur.

Versuram facere inquit hermo, festum pomp, allegans est pecuni
am mutuas accipere quia initio qui mutuabant ab aliis non domum
ferrent; sed his quibus debebant soluerent quasi verterent aut sum
mouerent creditorem, de quo pli, li, xix, ca, iiii.

Victoriatum pondus est. Pli, li, xx, ca, xxiii.

Vitrum vt conuertatur in lapidem habetur industria libro, xxxvi,
ca, xxvi, Ibi de vitris multa

Vindemia non solum quod grammatici ieiuna restrictione vuarus
collectionem dicunt; sed ad alia quoq; colligenda extenditur, vt ad
mella, Pli, li, xi, ca, xiiii, Prima mellis vindemia melior, & li, xv, ca,
primo, Consequens oliuarum vindemia est

Vilosus vilosissimus, i. pilosus pilosissimus, Pli, li, viii, ca, lyiii

Visus auxilia, habes li, xx, ca, xiiii.

Virus pfluio ab italia prouincia narbonensem discernete, Pero, su
per mar, de quo Pli, li, iiii, Itē virus p hūore genitali, vt li, ix, ca, i, In
quibus dā voluminibus capitulū est quadagesimū nonū Itē sepius
p venenovirg, Ille malū virus serpētibus addidit atris, virus, Itē si
gnificat asperitatem odoris & saporis, Pli, li, Aqua marina vetusta
tevirus deponit id est amaritudinem & salsedinem, Vim etiam na
turalem occultam significat, Pli, li, xxiiii, c, xiiii, Sola hec materia
virus ab eo lapide accipit, s. ferrum a magnete, vide Pharmacum.

Vit simile locus in italia in quo sunt aurifodine, vide Aurifodina.

Viscera non tantum intestina dicimus, ait Isido, sed quicquid sub
corio est, Specialiter sunt visceravitalia cordi circumfusa; eo quod ibi
vita, i. vitales spiritus maxime contineantur, Ait marc, ficinus, via

de intestina & precordia, de quibus Pli, li, xi, ca, xxxvii.

Viscus est ramulus viridis: cum foliis breuibus & densis natus super arbores Quando autem simpliciter ponitur quercinus intelligitur. Ianuensis medicus in sinonimis, de quo pli, lib, xvi, Viscus etiam alia duo significat: scilicet corpus molle glutinosum: quo aues & musce retinentur. Est etiam vinum commixtum ex acinis in qua etiam significatione, Pli, li, xvi, vide Acinus

Vinerravinerre animal quod lepores & cuniculos scrutat in foueis, beroald?, de quo Pli, li, xi, c, xlix, dicit qd habet testiculos ossiferos

Vite diuturne & brevis signa, li, xi, ca, lii.

Viticela, diafcor, arbor viti similis hastis & foliis sed a superiora sunt & minora, Alio nomine dicitur brionia, Greci empleos vocant habet plurimas & miras virtutes

Vitiligo Alphi & mella: passiones sunt cutis que ipsam viciant & decolorant, Cornelius celsus lib, v.

Vitilia dicuntur, ait hermolauus, quecumq; sic lenta sunt vt flecti possint auinciendo dicta, vt vimina & caprioli, de quo pli, lib, xix, vbi agit de cucurbita, vide Caprioli.

Virga pastoris species est herbe spinose folia habet lactucis similia sed aspera, Serap. Quidam eam dicunt carduum fullonis.

Vinariu a multis capitur pro locovbi pisces clausi seruantur viuentes, vt li, ix, ca, xxiii, Murenarum viuariis pollio immergit damna ta mancipia, vetumetiam viuaria Pli, capit pro locis in quibus alia quoq; animalia maxime fera seruantur, De ceruis enim loquens dicit in viuariis vt apparet ex Pli, lib, vii, c, xxxvii, seruatos cornua mutare li, viii, ca, xxxiii.

Vinaceum est quod facta vini expressione remanet Columela, Pli, li, xiiii, ca, p, vne seruantur doliis incluse stipate vinaceis, de quo et ca, xix, Columela etiam capere videtur pro arilis, vide Arili

Vinu non solu succus fructu vitis est: sed quicunq; succus potabilis: Strabo de situ orbis libro tertio, Ordeaceo inquit vtuntur vino, Na ex vite inopia summa laborant

Vigiliarum superfluarum medicine habentur li, xxvi, ca, xii

Vinum an pluribus profit aut noceat & viceversa lib, xxiiii, cap, ii.

Vinosi homines qui sunt, li, xxiiii, ca, ii.

Vlcera capitis manantia sunt que imperitum vulgus teniaz vocat, hermolauus in correctionibus pli.

Vlmarium locus vlmis abundans. Est autem vlmus arbor magna vulgatissima, Pli, li, xvii, ca, x, de serendis vlmis loquens: de ferenda inquit post annum in vlmaria

Vlmi arboris medicine lib, xxiiii, ca, v.

Vlgo naturalis terre humor siue pinguitudo que ei semp affistit
Simpontinus, sed Pandulph, dicit, ylginem danum esse frugibus
eueniens, vide morbus, D.

Vlginosa terra Pinguis naturaliter humida: non pluuiarum / ac
cidentaliter accessu, Pli, lib, xvii, ca, v, & lib, xvi, ca, xvii.

Vmbilicus non solum quod est in communi grammaticorum vsu
pro parte ventris: sed rei cuiuscunq; pars est media, Pli, lib, xviii,
ca, xiiii, de lupino agens, vermiculi inquit vmbilicum eius in sterili
tate castrant, Item lib, xviii, ca, xxxiiii, Circumscribi circulo paruo
qui vocatur vmbilicus, Et lib, xi, ca, xxxvii, in vmbilico venarum
nodoso coitu,

Vnde viginti numerus est nouenus & denarius id est vno de vigin
ti ablato, Pli, lib, xviii, ca, xxix,

Vncia, vide Talentum paruum

Vnguis oculorum dicitur pars eorum cornea sugillato similis effi
citur et figura vnguis,

Vnio masculini generis lapis est margarita, vt lib, xxxii, ca, ii, Et
lib, ix, ca, xxxv,

Volucris volucer adiectiue leuis Celer, si substantiue sumas, vide
Auis,

Volubilis herba scandēs sepes et arbores sic vocata: quia circa her
bas & plantas voluitur, Multas habet species: ex cuiusdam earum
lacte fit scamonea, Alia est que lupulus dicitur, vide lupulus, vide
scamonea,

Vomitiones marine multis egritudinibus profunt, lib, xxxi, capi
vi, Et lib, xx, ca, xiiii,

Vomitionum superfluarum remedia lib, xxvi, ca, vii,

Vox eadem per resonantiam que a grecis echo dicitur septies red
dita lib, xxxvi, ca, xv,

Vomica est apostema Tortelius Pli, lib, vii, ca, l, Phalereus iam de
ploratus a medicis vomice morbo: in acie vulneratus medicinam
inuenit ex hoste, iuenitur etiã vomica pro receptaculo siue pro ma
gna cõcauitate, sed ex similitudine quadam ad priorem significa
tionem, Plinius in mensiõne metallorũ lib, xxxiiii, vomica inquit
liquoris eterni, Nonius quoq; dixit loca caua & vetustate exesa vo
mica noĩari, hermo, dicit vomica dẽ a vomendo: q; pus in manet:
vel q; qui habent: sanie reiciãt, nam & pro receptaculo ex eadem
similitudine accipitur,

Vrna, vide Amphora,

Vrina nomen grecum est quod latine dicitur locium, ait Tortelius vna eius nota est significatio. Alia est pro humore genitali, iuvena lis loquens de mulierum libidine auribus atq; oculis concepta vri na mouetur hoc modo capit Plinius libro, viii, ca, xliiii.

Vrina tā hominū q̄ brutorū vim habet medicinalē li, xxviii, ca, vi.

Vrine difficultas sanatur, lib, xxx, ca, iii.

Vrinarum signa in morbis agnoscendis lib, xxviii, ca, vi.

Vrceus vas fictile. Oratius in poetria Currēte rota cur vrceus exit, Pli, lib, xix, ca, viii. Tirfos vrceis conditos, vide Tirfus.

Vri fere sunt tauri figura similes quadruplo maiores Solinus, de quibus Albertus libro, de animalibus, xxiii, ait tantam esse cornibus robur ac vastitatem; vt hominem cum equo ventilent, de quibus Pli, lib, viii.

Vrtice herbe comunissime remedia & medicine, li, xxii, ca, xiii.

Vstorum membrorum, remedia, lib, xxviii, ca, x.

Vua non solum pro vinee fructu; sed etiam pro gutturis parte; que etiam dicitur vuula, Pli, lib, xx, ca, xx, propter incompatibiles vue morbos, Et ca, xxi, vuulas et cibo et ifusione emollit; scilicet althea Est etiam vua egritudo siue dolor in illa gutturis parte; vt pater, lib, xxx, ca, iii, vua & faucium dolor mitigatur. Ex quibus itellige qd vua non est morbus, vt pretendit hermolaus; sed pars gutturis cui talis accidit egritudo Quod ex platearii designatione, patet Inquit enim, Vua siue vuula a palato dependens est superius lata, inferius acuta, Relaxatur autem ab humore fleumatico, vnde sequitur tussis et impedimentū vocis, vua etiam habet ad ppositum aliam significationem. Pro apium examine quod vas consuetum exit globo collecto & pendete; ad vitis vue figuram, sic capit, Pli, lib, xi, ca, xvii.

Vuula, vide vua.

vua passa que ficcata sole est; in passa a sole dī, Passum etiā vinū dī quod fit ex vuis diu sole ficcatis, perottus, in marcialē, de quo Pli, multis locis.

Vuarum medicinas habes lib, xxiii, ca, ii.

Vuluam nō vulgari grammaticorum dictione nominat Pli, sed pro matrice libro, xxii, capi, xiii, Procidentes inquit vulus, descendit enim matrix & ascendit contra debitū situm cum magno mulierū dolore, Et ibidem hipocrates vuluam purgari poto eo pronunciat **Vua** lupina quā greci Strigium; pli, vocat, Canalistum, Nascitur in hortis; vires habet refrigerandi & constringendi, Siluaticus

Vultur auis magna; duplo fere aquila maior, de qua Pli, li, x, ca, vi.

Vaiturnus ventus flans ab oriente hyemali eorum greci vocant, de hoc libro ii, ca; xlix.

Vulcanalia sunt solēnia vulcani: quē ad modū baccanalia solēnia bacchi, luue. Qui curiosi simulāt et baccanalia viuunt. Capiunt etiam pro tēporibus ipsarū solēnitatum; vt apud nos pascalia tēpus designant. Sic pli, libro xix, ca, v. Seritur circa vulcanalia

Vulnera sanātur et clauduntur. libro xxx, ca, iiii.

De littera x.

xanxifraga. vide Saxifraga.

xeria emplastra sunt ait hermolauus in plinianis castiga.

xeroptalmia cuius ophthalmia: quia ophthalmia lipitudo est cū humore, xeroptalmia vero cum siccitate; hermolauus, vide Ophthalmia.

xilobalsamum, vide balsamus, xilos enim grece lignū, xilo aloes est lignum aloes.

xiphion est gladiolus fegetalis: cuius folia sunt foliis yreos similia: nisi quod sunt breuiora et strictiora; cuius summitate ē flos duplicatus purpureus a grecis phiacas mō dicitur. Siluaticus, de quo pli li, xxvi; ca, xi. Silphium autem aliud significat, de quo videtur in littera S.

xifimbriū herba ē alio noīe balsamita calida ē et sicca aromatica.

xizimbrum est balsamita, Siluat.

xilomartho cortex celsi, Siluat.

xilocassia est cassia lignea Siluat.

xiliqua est pondus quod karath dicitur. Siluaticus, vide filiqua.

De littera y

yleos dolor intestinorū; ex angustia yli inferioris phibēte egestionem Constā, Cornelius Celsus dicit quod ē tenuoris intestini morbus.

ypericon grece verberna latine,

ypericon, vide Ipericon.

yreos herba cuius flos est albus ad celestē declinans, purpureū autē florē habet yris. Gladiolus florē habet croceum, harū omnium radices odorifere sunt et fere similes, vide Acorus.

yris, vide yreos.

ydantide vesicule in matrice, Siluaticus.

ydragogum greci vocant medicinam humoris aquei purgatiuam, Cornelius Celsus, ab ydros quod est aqua.

ypagici gummy edere, Siluaticus.

ydromel potus aqua et melle confectus, de quo pli, multis locis.

ydromalum potus ex aqua et malis macianis mixtus.

ydea pro theologali acceptione reliquimus, Ad ppositū naturale herba ē secundū dia scor, folia habēs myrthe similia, Radix ē redar

gūentis virtutis sanguinis fluorem et quēlibet fluxum restringit.
ydris apud grecos. a latinis coluber viuēs ī aqua appellat. Aliquī
scribunt ydra. Alii ydrus. iuuenalis in satyra. que incipit. Et spes &
ratio: Cadent omnes a crinibus ydri.

yctericia. vide morbus regius

ypostasis sedimē vrine id est humor quidam spissus ab ypos quod
est sub & stare

yposeca a grecis nominatur herba quam latini caudam equinam
appellant Siluaticus.

ysticus porcus spinosus alio nomine hericius Siluaticus

De littera z

zedoara vel zedoar herba cuius radix zizimberī similis figura colo
re & sapore propinqua nisi q̄ paululum ad amaritudinē declinat:
sed non que gustum cōtristet. Calida et sicca est. Confortat cor aī.
Auicenna lib. de viribus cordis.

zephyrus ventus flans ab occidēte; qui latine fauonius dicitur Oui
dius de tristibus. Nunc zephyrus sero vespere missus adest. de quo
Pli. lib. ii. multis capitulis.

zereus pictor sua etate excellentissimus de quo Pli. lib. xxxv.

zerna. vide impetigo quia sunt idem ait. Siluaticus

zeuxis nomen pictoris eximii. de quo Pli. lib. xxxv. multa dicit

zeta. & zetecula est locus capax vnus lecti cum sellis duabus. her-
molaus in Pli. castigationibus.

zinziber herba est cui⁹ radix spēs aromatica est ciborum cōdimētis

zirbus panniculus cooperiēs intestina Siluaticus

ziniar corpus est viride quod per artificium ex vasis eneis efficitur

Gabriel in gerentocomia ad innocentium papam octauū

zizania dicitur herba supflua inter segetes nata q̄ latino noīe loliiū
dicitur. virgilius buccol. infelix lolium et steriles nascuntur auene
iero⁹. super mattheum hoc approbat dicens: q̄ inter triticum & zi
zaniam quod nos lolium appellamus grandis est similitudo: q̄ diu
herba est: & nondum ad spicam venit.

zodiacū greci dicūt qđ nos aīale vel aīalis. Tortel. Circulus enī si-
gnorū est: q̄ animaliuū effigie figurantur. Eo q̄ sol intrans ea signa:
effigiatorum animalium proprietates habet. Arietis scilicet Thau
ri & reliquorum. in obliquo autem celum totum cingit. Quod virg
gilius testatur. primo georg. Obliquus qua se signorū verteret or-
do. de quo. Pli. lib. ii.

zopassa ē erasa maritimis nauib⁹ pix cū cera multo efficacior ad oīa
quibus pices resineq̄ profunt. hermolaus diascor. allegans

zona quāuis multa significet; ad historie tamen naturalis propo-
tum; celi partem significat, Et ei correspondentes in terra plagas
Sunt autem certe latitudines terre; qualitatibus longe differentes
quia inhabitabiles sunt quedam propter frigus, Alie propter estū
inclementiā inhabitabiles, Alie sunt medie & in qualitatibus ytris
q; temperate vt habitari possint, de quo est inter philosophos con-
trouerſia Multi siquidem opinantur q; inter tres partes qualitatibus
excedentes; sunt due temperate; vna a polo artico ad tropicū
estiualem, quod certum est, Alia a tropico hiemali; cum sol mouet
sub signo capricorni ad polum antarticum, Cuius opinionis fuere
de sacrobosco in libello de sphaera Et oui. i. methamor. Quinq; inqt
tenent zone celum &c. Sed nicholaus oresme decanus Rothoma-
genſ in questionibus super libros de celo & mundo pulchras ad-
ducit rationes quib⁹ probare nititur q; pars terre que est versus po-
lum antarticū sit duabus causis inhabitabilis; scilicet propter estū
nostra hieme; & propter frigus nostra estate. Que nunc breuitatis
causa relinquo

zoroastes rex fuit bactrianorum inuētor multarum artium, Quidā
historici scripserunt eum fuisse Cham noe filium, de quo pli. li. vii.
in prologo. & eodem li. ca. xvi. & li. xxx. ca. primo.

Explicationis terminorum naturalis historie plinii difficultiū/ que
multas poetrie/philosophie/medicinesq; obscuritates elucida.

Finis.

Roberti de valle Rothomagenſis, finalis in
plinii preſatam elucidationem conclusio.

Abes eminentis doctrine preſul Regnate que ex amplifi-
 ſima & pene infinita nominum difficultate & rerum con-
 fuſa obſcuritate explicare potui. Non proſiteor integrā
 ſingulorum vocabulorum expoſitionem protuliſſe. Multa quippe
 ſunt a me relicta que inuenire mea ſollicitudo in probatis auctori-
 bus non potuit. Precipuum enucleationis mee extitit propoſituz;
 pliniani mei compendii difficultia vberius tractare. Cuius pauca re-
 liqui intacta; niſi quorum explicationi nō ſatis legitimum pateret
 teſtimonium; aut que lector littere progreſſu facile intelliget. Verū
 ſi quid a me fuit inuentum quod ad reliqua pertineret totius volu-
 minis explananda (quīs extra preſatum compendium) negligendū
 in exacto opere nō duxi. Sed non turbet lectorem / capitulorū
 varia in diuerſis plinii libris deſignatio. Cum quod in vno ſextū /
 in alio ſeptimum ſignetur. Magna proſecto eſt / & impreſſorum vo-
 luminum inter ſe / & ab antiquis manu ſcriptis varietas. Extat enī
 in bibliotheca rothomagenſis eccleſie plinii volumen abſq; capi-
 tulum deſignatione elegāti et vetuſto caractere nitidoq; deſcri-
 ptum. multis vocabulis a noſtris impreſſionibus diſcrepās. atq; in
 diſcretionem capitulorū ineptiā impreſſi libri manifeſtam pre ſe fe-
 runt; cum res vna ſiue tractatio que ſimul vno capite tractari debu-
 it; in duo ſine perfecte ſentētie conſummatione ſeparetur. Augēt
 hanc difficultatem nouaſq; multas aſfert mendarum in pliniani
 libris deprehēſa multitudo librariorum ſcilicet vicio maxime
 negligentia ve contracta. Quas emendare omnes vnus homi-
 nis vires excedit. Hermolaus tamen latine et grece eloquentie
 primas; opus caſtigationis edidit vtile ac magnificandum; cuius
 ad me tarda peruenit agnitio. ſcilicet prioris expoſitionis libello
 mea opinione pene abſoluto. Eius proſecto hermolaī dicta legens
 agnouī quedaꝫ ac multa meis fuiſſe codicibus iam inſerta; q̄ ex eis
 dem quibus ipſe antiquorū fontibus ſollicite exhauſerā. Ea tamē
 que ipſe copioſus aut certius expreſſit operi meo ipſius commemo-
 rato nomine (ne deprehendar in furto) in ſupplementum inſerere
 non indignū duxi. In his autem preſatis per me vt cūq; ſcriptis at-
 q; expoſitis nichil decerno aliorū potius ingenia ad ampliora ſub-
 tilioraq; inueſtigandum excitare curauī; vt noſtra hec legentes ali-

quid adiciant quod communi utilitati conducatur. Non enim eis solum debemus gratias (tradente in methaphisicis aristotele) qui in omnibus absque reprehensione dixerunt / sed eis quoque qui & probabiles sententias afferentes profundioris inuestigationis radicem & excitationem sequentibus seculis dederint. Si per negligentiam aut minus digestam assertionem culpam contraxi: facilliter atque ingenue peccatum agnosco. Tu quoque correctionem qui rerum difficultum perspicacissimus es, cognitor; aliorumque peritorum sine contumacia subeas. Illis acturus gratias, qui certiora scripserint & meliora.

VALE

Inc
392

